AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1990

IVLI FRONTINI STRATEGEMATA

RECENSVIT

ROBERT I. IRELAND



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1990

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Christian Collatz

ISBN-3-322-00746-4

1. Auflage
VLN 294/375/9/90 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in Germany
Satz und Druck: Interdruck Leipzig GmbH
Bestell-Nr. 666 575 3

matri optimae et
d. m. patris optimi: s. t. t. l.
leuaui oculos meos ad montes
unde ueniet auxilium mihi

PRAEFATIO

Cum ad instruendam rei militaris antiquae scientiam unus ex numero studiosorum eius accesserim, eique destinato quantum cura nostra ualuit satisfecisse uisus sim, anonymi saeculi quarti auctoris libello de rebus bellicis in hac splendida editionum serie edito, deberi adhuc institutae arbitror operae ut Frontini libros strategematon expeditis diuulgem commentariis: non quod ita multa habeam quae eorum interpretationi conferam – pauci enim loci adhuc Oedipum suum expectant, neque ego tantae sum iactantiae ut aestimem multa manere mihi colligenda in agro ubi Oudendorpius Lipsius Scriuerius Casaubonus Scaliger Heinsius Gronouius Gundermann ante me messuerunt – sed in primis quo plenius et exactius notam uiris doctis huiusce opusculi elegantissimam traditionem faciam. nam quod ad Frontinianae orationis pristinum statum recuperandum attinet, ita eam scribarum studio adseruatam constat ut textum lectorum in usum, si hoc tantum respicerem, instaurare potuissem duobus omnino codicibus fretus, Londiniensem dico Harleianum 2666 et Parisinum latinum 7240. cum tamen hos strategematon libros edendos suscepi, in animo mihi erat complures parietes de una fidelia dealbare: primum, ut summa breuitate explicarem quomodo propagata sit huius operis memoria inde a temporibus remotis usque in exeuntia quae perhibentur media saecula; adhuc, ut excussa denuo praecipuorum librorum lectione demonstrarem familias exstare codicum quarum singulae textum continent aut sincerum aut interpolatum aut paraphrasticum ex hyparchetypis deriuatum siue infra siue a latere oriundis, unde materiem habeant qui serissimam operis traditionem olim inuestigabunt; denique ut textum exhiberem bene castigatum cui confidere possint qui quaerent num ille uel ille locus authenticus sit, quiue quaestionem omnium in hoc opusculo uexatissimam tangent, utrum Frontino sit abiudicandus liber quartus necne; occasionem praeterea peropportunam nactus commemorandi lectiones cuiusdam saeculi decimi tertii codicis ab editoribus, quod sciam, immerito nunc usque in tanta librorum mole neglecti.

Fundamenta traditionis librorum strategematon intellegendae quamplurimis codicibus inuestigatis primus posuit Gotthold Gundermann in commentariis a. 1881 editioni libri quarti adnexis; ita tamen, ut in apparatu codices potius singulos citaret quam in familias adunatos exhiberet. fructus autem laborum suorum nimis saeua amputatione in editione totius operis a. 1888 emissa tantum non abiecit, cum omni familiarum recensione posthabita no-

strum edidit codicibus hic Harleiano Gothano Cusano, illic Parisino tantum fretus, admissis non nisi gregatim recentioribus aliquot libris, id est post saeculum undecimum exaratis, quorum ope uulneribus orationi altius adactis mederetur. excudit igitur textum sane quam emendatum et prioribus omni numero antecellentem, suffragantibus doctrina et iudicio quae in illo homine erant maxima, apparatum autem ieiuniorem disciplinaque carentem et qui minus utilitatis quam oportebat traditionem opusculi sciscitantibus adferret. hanc traditionem inde ab eius temporibus non uideo excussam: nam Bennettii et Bendzii editiones textum Gundermannianum repetunt raro in melius mutatum, saepius importunis mutationibus ac uix aliud quam rem orthographicam tangentibus uexatum. ipse autem cum instituissem maius aliquid pro uiribus audere, decreui recensionem a solo ponendam: id quod feci, gaudeboque, si quando quae sum prolaturus cum illustris praedecessoris mei inuentis consentire uidebuntur. de Frontini aetate atque cursu honorum operibusque necesse non est ut dicam, quippe cum haec sciant qui manum ferulae adhuc subducunt. item de nostri lingua et stylo disceptare superfluum est: non enim adeo in terris euanuit laborum Gundermannianorum memoria, et commentarius Bendzii de libro quarto pro authentico habendo adhuc in manibus omnium uersatur, eorum etiam, inter quos ego, qui pedibus ire in eius sententiam recusent. omissa igitur omni alia praelocutione statim aggrediar caput disquisitionis quam scio neque probaturos neque amaturos eos, qui uolunt archetypos habere nugas.

I. *De archetypo ω eiusque testibus α β.* Vnum atque eundem antiquum huius operis exemplar superstitibus libris uniuersis subiacere identidem proclamant corruptelae apud omnes interpolationis expertes codices obuiae. adeat lector in primis locum celeberrimum 2.926, ubi uariae cuidam lectioni glossemate comprehensae quae ueram expulerat reddidit uicem uir doctissimus Franciscus Oudendorp, coniectura numquam satis laudanda. gentilitatis autem documento erit id praecipue, quod in omnibus uetustioribus testibus in librum quartum transposita inuenitur magna pars orationis libri secundi, uno scilicet uel pluribus in archetypo uel aliquo codice eius praedecessore foliis elapsis et inter ultimam et paenultimam libri schedulas custodiendi causa insertis. hunc casum, qui ante auctores codicibus mandatos, uoluminibus reiectis, accidere non potuit, bifolio in ipso archetypo luxato tribuerim: moneo tamen, nulla litterarum supputatione posse declarari quot paginae et quando sint traiectae. factum est igitur ut initium exempli II ix 7 cum fine exempli II xii 2 in priscis codicibus mira inconcinnitate conflatum inueniretur, eaque quae intercedere debent in media uoce *continere* sub fine exempli IV vii 42 abrupte emergentia deprehenderentur. plura quidem suis locis dicenda erunt et de codicis archetypi indole et de conatu quodam orationis librorum II et IV post textum transpositum reconcinnandae: aperiatur primum traditio illa bifida quae ex archetypo ω mediantibus hyparchetypis **α β**

emanauit, quorum hic uastam recentioris aeui progeniem agnoscit, ille numero inferiorem multo sed qua huiusce operis comprehenduntur antiquissimi testes.

II. *De hyparchetypo α eiusque testibus* HGC. Integer unus, imperfecti duo codices hyparchetypum *α* protestantur, uidelicet Londiniensis bibliothecae Britannicae Harleianus 2666 (H) saeculi noni, qui huius ordinis solus totum textum complectitur; Gothanus membranaceus I 101 (G) item saeculi noni, qui librum quartum integrum suppeditat inclusa illa libri II particula olim in quartum traiecta, additis praeterea quibusdam ex librorum I II III principiis desumptis; Cusanus ex bibliotheca ualetudinarii Nicolai 52 (C), saeculo demum duodecimo exemplatus ex libro hodie non superstite cui circa medium saeculum nonum mandauerat Sedulius Scottus collectanea sua rerum memorabilium, inter quas pauca ex nostri strategematon libris extorta. ut autem interim differam quae de cuiusque aspectu et natura sunt dicenda, hoc primum declaretur, unum omnino exemplar libris Harleiano et Gothano nec non, mediantibus Seduli codicillis, Cusano subiacere. ad quod manifestandum quamuis subsidia admodum exigua praesto sint, cum praesertim inueniantur paucissima quae in omnibus simul hisce leguntur, nihilominus tamen ex indiciis infra relatis reor satis apparere, eos transcribendo memoriam adseruasse unius eiusdemque exemplaris cuius lectiones ab eis distabant quos in textum recipiendos propagant inferioris aetatis libri:

2.819 *uictoria*] *uictoriam* HC
2.867 *ut* om. HC
2.928 *alicio*] *aliciorum* HG
3.102 *procurrendo propius*] *procurando priusquam* HG
3.212 *usos*] *usus* HC
4.471 *Crispinus Hannibalem*] *crispinum hannibal* HG.

et ne statuamus codices HG Cusanique exemplar Sedulianum directe neque ullo libro interposito ex archetypo *ω* descriptos, obstant loci rari quidem, deficiente in Gothano et praecipue in Cusano exemplorum copia quae cum Harleianis alioqui corruptissimis conferri possunt, compertae tamen fidei, in quibus aut omissa aut uitiata sunt in HGC ea quae quin scripserit noster dubitari non potest quaeque aegerrime aut suppleuisse aut correxisse potuit suis uiribus fretus codex ille *β*, quem et ipsum ex *ω* descriptum parentem recentiorum librorum mox agnoscemus:

2.875–876 *praecucurrisset implessetque moenia β: praecucurrissetque* (*-quae* H more suo) *moenia* HG
2.878 *extemplo β*: *exemplo* HG
2.930 *eidem β: et idem* HG
3.316 *biduo β: dubio* HG
4.313 *denariis β*, om. HG
4.481 *hastis β: hostis* HC.

unde manifestum est hyparchetypum aliquem *α* horum errorum fontem et originem inter archetypum *ω* et codices HG(C) intercedere.

His igitur de mutuo uinculo quo libri hi tres inter se nectuntur dictis, recenseantur singuli: et primus discutiatur Harleianus ille 2666, rigidiore quidem sed quae nuda rectaque uenustate non tota careat manu carolina perscriptus quam alteri saeculi noni quadranti et orientalis Franciae alicui scriptorio assignauit Bernhardus Bischoff. cui tanto uiro de tali re pronuntianti nefas est obloqui: ipse paululum uetustiorem crediderim. hic uero codex, ut aetate atque integritate inter antiquiores et sinceriores enitet, ita deformitate lectionis inter quotquot sunt ubique omnes, tot et tantis cuiuscumque generis uitiis conspurcatus ut uideatur qui eam exarauit aut non uoluisse aut non ualuisse opus accurate transcribendi sibi imponere, senio fortasse et corporis uel animi imbecillitate aut oculorum hebetudine et certe doctrinae ac linguae defectu praepeditus quin scribenda intellegeret intellegendaque scriberet. mendosiorem librum numquam me memini euoluisse. at inter eius immanes et uel tironibus paenitendos errores sunt quos potius exemplari *α* quam exemplo H imputandos iudicemus: sed de hoc postea.

Interim, ut pauca specimina et grauiorum tantum uitiorum quibus scatet Harleianus in admirationem lectoris proferam, uocem uerborum passiuam utriusque numeri tertiae personae in actiuam redigi passim uidemus (ut e.g. 2.544 *cederet* pro *caederetur*) compositaque in simplicia saepius conuerti (3.264 *liquerunt* pro *reliquerunt*). a ceteris quoque fere usquequaque dissentit hic codex in uerbis efferendis quibus particulae *ad* et *ab* praefigi solent, ut e.g. in 2.48 *adeundi* H, *abeundi* recte *β*; 3.137 *adsumeretur* H, *absumeretur* recte *β*. huiusmodi autem errores cum scribae ipsius Harleiani magna ex parte attribuendos suadeat locus 4.431, ubi cum *β* conspirat G, nihilominus tamen et ipsum hyparchetypum *α* sic peccare potuisse colligitur ex 4.330, ubi contra *β* simul faciunt HG, male. quod *abeunti* iuste habet H contra *β* in 2.79, uide ne hoc felici librarii culpa factum sit, qui et alibi uidetur authenticam scripturam peccando recuperasse, ut in 3.92 *fore* H, *foro β*; 2.667 *sabborum* H, *sabboram β*; 1.668 *conspectum* H^{ac}, *conspectu* h^{2*}*β*. non est ut moneam uitia transcribendi cuique librario facillima undique pullulare in Harleiano, ut dittographiae et saepius haplographiae: quaerendum etiam, num ex ipso duplicata semel scribendi uitio uera lectio nonnumquam renata sit in Harleiano, ut e.g. in 3.286 *cato* H, *c. cato β*. disturbatur autem oratio non solum litteris et syllabis sed etiam colis et totis lineis omissis, nec quid nec quare. et uix credi potest quot in hoc codice menda ex praua elementorum pronuntiatione sint orta: spirans enim littera ibi cum occludente confunditur (2.622 *uina* H, *bina β* recte), sonans cum surda (1.567 *uicisset* H, *fecisset β* recte), litteraque *g* ita a natura sua degenerat ut nunc in fricatiuam conuersa cum sibilantibus immisceatur (2.531 *eligendam* H, *eliciendam δ* recte, *deliciendam γ*), nunc in sonum *i* semiuocalis uergens uel omittatur (2.561 *iapies* H, *iapyges β*, uterque ex errore antiquitus nato: 3.311 *abierent* H, *abigerent β*) uel addatur (2.530 *geme* H^{ac2}, *hieme β*) inter uocales. praecedenti etiam assimilatur sequens littera in 3.476 *fagigato*, 2.357 *ramani*, nisi hoc propter litterae ductum male lectum; dissilitque dipthongus in 3.499 *agendae*, ubi lege *augendae*. litteram *e* nudam loco dipthongi *ae* identidem usurpari nouum non est: illud autem omnem transgreditur

normam, quod obstinata quadam assiduitate elementa *ae* pro simplici *e* non modo in aduerbiorum sed etiam in substantiuorum terminationibus ponuntur, adeo quidem late hoc uitio dominante ut bis tantum, quod meminerim, uox *acies* ablatiuo casu aliter quam *aciae* euadat. uenia autem nostra paene indignum est illud *extiua* pro *aestiua* datum in 4.39. elemento *m* praeterea uel omisso uel uitiose addito confunduntur singularis numeri accusatiui et ablatiui saepius, ut e.g. in 1.579 *responso β, responsum* H: 2.40 *consuetudinem β, consuetudine* H. porro in debilibus syllabis immiscentur *i* et *e*, uelut in 1.321 *itenera*, 2.620 *generebus*, 2.821 *sebi*, et *o* et *u*, uelut in 2.745 *iusso*, 2.766 *sciscitatos*, 2.818 *aduersum exercitum*. et quod cachinnes, scribitur *ferme* pro *ferre*, quasi *fere*, in 2.505.

Quae quorsum tendant mox plenius patebit. cessit autem opus haec et similia in Harleiano pro uiribus corrigendi manui alteri quam **h**^{2} uocamus, eiusdem fere quae primae aut certe non multum sequioris aetatis, atramento nigriore et graciliore litterarum ductu insignis, quae ea quae errata sunt uel uidebantur in primigenio textu amoliri non mediocri successu conata est, multis mendis sublatis, compluribus autem neglectis, aliquibus etiam additis, omissorum quoque maxima parte suppleta. orthographiam praeterea inlitteratissimam illam, et praecipue uocum in *e* longa exeuntium, sponte uel codice collato punctis suppositis emendauit corrector, plerumque merito: illud autem officiosi ingenii potest uideri, quod indefesso studio indagatas passim praepositiones compositorum uerborum non adsimilatas assimilauit rasuris factis, aut sui ipsius fastidio aut consuetudini ordinis *β* obtemperans. emendanti enim adfuisse non modo ipsum codicis H exemplar *α* facultatemque coniciendi sed etiam unum aliquem librum ex alio traditionis ramulo oriundum ipsique hyparchetypo *β* propius accedentem docent non modo numerus paene infinitus emendationum cum indubitata codicis *β* lectione conspirantium, quarum fere unaquaeque nostri apparatus pagina redundantem exemplorum copiam suppeditabit, sed etiam littera lapidaria *R*, hoc est *require*, e regione corrupti illius in 3.36 *dubio* ab **h**^{2} appicta: ex qua intellegi datur correctorem, ingenio uel ad exemplaris fidem emendatis quae emendari potuerunt, ad alium ac minus mendosum codicem se contulisse quo plura sanaret.

Illius autem specialis curae exemplo erunt latentior error in 2.356 sublatus (*regis* H, *regiis* **h**^{2}*β*); correctiones ex coniectura in 2.622 *uina* H, *uiminea* **h**^{2}, *bina* recte *β*; 2.906 *gymnicos ludos* H*β*, *gymnicus ludus* **h**^{2}, sequente in *α apparuit* pro *apparauit* (*β*); 3.199 *gallica decorum* H, *gallia ducorum* **h**^{2}, *gallia cadurcorum β*; 4.437 *perdictam* H, *praedictum* **h**^{2}, *perdiccam β* recte; illaque temere contra omnes ausa in 3.80 *thebani*, 4.249 *imperatam*. plus iusto confisus est extraneo suo codici corrector in 1.710 *quia* H recte, *qua* **h**^{2*}*β*: at in 1.376 (*omni*)*bus obuersaretur*...*cladis* **h**^{2} refragante supplemento prauae ordinis *β* lectioni *aduersaretur* luce clarius demonstratur, manum correctricem ab exemplari *α* id repetisse: alibi autem et praecipue deficiente alio hyparchetypi *α* teste incertum, utrum in *α* an in extraneo suo ordinis *β* libro adicienda requisierit **h**^{2}, id est, utrum H an ipse *α* haec omiserit. quod autem complures errores quos nulli non obuios putares non emendauit corrector, ut 3.251 *posteria*, 2.131 *aterga* sescentaque

alia, neque suppleuit quae suppleri flagitabant, e. g. 3.259 *per simulationem*, putandum est eum aut haec non uidisse aut ea non curasse aut noluisse genio suo indulgere coniciendo. rationem loci 4.163 corrigendi, ubi primigenium illud *seditionem legionem* in *seditionem legiosam* conuertit **h**^{2} quamuis praebente suo ordinis *β* codice *seditiosam legionem* rectissime, satis mirari nequeo. segniter etiam actum est cum 4.262 *laureatos falces* H, ubi maluit diorthotes epitheti genus mutare quam nomen corruptum emendare.

Correctionum igitur aut factarum aut faciendarum ratione habita satis apertum puto codicem Harleianum lubricum admodum testem exstare orationis Frontinianae neque ei in lectione recuperanda temere confidendum nisi moderante aliorum codicum suffragio. unde molestissime accidit ut consanguinei eius libri non nisi imperfecti nobis innotuerint.

Transeamus igitur ad cognatos hos libros strictim recensendos, nempe fratrem Harleiani Gothanum G et fratris filium Cusanum C: ex quibus Harleiani fere aequalis uel etiam antiquior aliquantillum aetate est Gothanus, quem ineunte saeculo nono Morbachi conscriptum nemo non uidet; litteris enim faciei carolinae elegantioris miscentur formae elementorum *n r t u* paene insulares insulariaque compendia *h'* pro *autem*, 3 pro *eius*. nam quod autumat Gundermann, in Gothani litteratura dispici elementum *a* formae *longobardicae*, ut ipsius uerbo utar, nimis id antique dictum hodie uidetur: ductus eius interdum *insularis* purus putus. quae uero Frontiniana Gothano insunt, ea ex aliquo ordinis *α* codice desumpta esse protinus apparet, consentiuntque editores hunc codicem non alium fuisse atque hyparchetypalem librum *α*, ipsumque Gothani librarium excerpendi munere functum. quod ueri simillimum est, neque uoluerim equidem huic tam liquido fonti apros immittere: fateor tamen mihi olim non constitisse neque nunc omnino constare de Gothano hyparchetypi proximo herede, suspicionem maxime mouente mira illa scripturae dispositione quam in ultimo excerptorum suorum exemplo adhibuit librarius Gothani. nam in codicis pagina uersa folii quadragesimi noni exhibentur primum exempla III iii 5 et 6 ita continua scriptura exarata ut paginae fere triens compleatur. in principio autem lineae duodecimae ecce sola stat exempli III iii 6 uox ultima *p(ro)fugerant*, coronidibus ad hiatum explendum infarsis: sequitur exemplum III iii 7 singulis ternis paucis denique uocibus per lineas gradatim digestum eo quem infra uides modo, nisi quod in locum litterarum propter membranae superficiem abrasam euanidarum lineolas obliquas subrogaui, satisque habui simplici stellula denotare coronides ex flexuris et punctis compositas, quae uix poterant neque in rem fuisset typorum characteribus exprimi:

ꝑfugerant. * * * * * *

h
Lysimacus rex macedonum

* * * cum ephesios obpugnar& & illi Inauxilio habe

rent mandronem archiparatā
qui plerumq; oneratas pda naues ephesum

appellabat corrup/////d pditionē
iunxit for///simos macedonum quos ille

restrictis manib; procaptiuis
ephesum Introducer& post ea raptis

ex arce armis urbem
* * * Lysimacho * * * *
* * * * tradiderunt. * *

hoc ingenio effectum est ut membrana ad dodrantem fere altitudinis suae compleretur, triente inferius hiante: quam lacunam postea occupauerunt uariae saeculi duodecimi manus, scilicet ut inania quaedam qualia *utilis ille liber* effutirent. quid autem sibi uelit insolita ista scripturae dispositio non omnino intellego. illud statim occurrit, Gothani librarium excerpendi laboris pertaesum, eumque nihil aliud studuisse quam ut prope calcem paginae quantocius et quam minimo labore perueniret. itane? nonne melius fecisset, si unum aliquod exemplum ceteris adiecisset quo scripturam ad terminum omni hiatu et machinatione uitatis deduceret? at quid si statuamus scribam G non plura legisse quam quae exscripsit, id est, eum non ipsum hyparchetypum sed alium aliquem librum nil nisi excerpta praebentem nouisse? quorum quidem excerptorum amplitudinem si coartasset librarius G minuscula sua scriptura usus, facile euenire potuit ut, cum sub finem laboris aduentaret, minus ei restaret exscribendum quam quod paginae implendae sufficeret, deficiente exemplari unde plura desumeret. potest ergo codex Gothanus non filius sed nepos exstare codicis hyparchetypi *α*. at fortasse hoc est quod aiunt, nodum in scirpo quaerere. quam fideliter autem repraesentandum curauerit exemplar suum qualecumque librarius Gothani protestantur textus optimae notae, quo collato demum intellegitur quam corruptus sit Harleianus, correctionesque rarae et leuium dumtaxat errorum a prima manu statim effectae; unde existimari datur hunc praecipue codicem eam ipsam quam gessit textus in libro *α* faciem adseruare conatum.

Inter eius peccata a scriba non emendata notatu digna sunt haec: elementa *m n* falso posita uel omissa (4.126 *legione* G, *legionem* ceteri: 4.163 *inermen* G, *inermem* ceteri) litterarumque *ae* et *e* praecipua confusio saepius cum huius codicis fratre Harleiano communicata, hoc passim; amplius, *g* fricatiua loco semiuocalis iterum ac tertium posita, ut e. c. in 4.204 *agebat* pro *aiebat*, 4.338 *egecerunt* pro *eiecerunt*, 4.137 *aquilegius* contra *aquilius* HC recte, *aquirius β*: iterum, sonans *d* pro muta *t* assidue in uocum *caput* et *uelut* fine posita alibique haud rara repertu, ut e.c. in 4.318 *numquid* pro *num inquit*. de modo corruptelae in 4.336 *aliquod* G, *aliquot* recte H non liquet: utrum in alterum? postremo in eandem quam Harleianus erroris foueam composita in

simplicia conuertendi cecidisse deprehenditur Gothanus in 4.32, *iurabant* pro *coniurabant* scribendo.

Sequitur codex Cusanus **C**, qui bibliothecae s. Iacobi Leodiensis olim fuisse perhibetur quique saeculo demum duodecimo scriptus collectanea continet rerum notabilium a Sedulio Scotto circa medium saeculum nonum Leodii uersato congesta. quare non praebet hic liber nisi pauca exempla ex unoquoque strategematon commentario conquisita, exigua sane satisque deformem speciem prae se ferentia uerbis omissis uel immutatis: quibus subiungitur matricula qua comprehenduntur nomina ducum a nostro laudatorum. Sedulium autem ad decerpendos uel potius concerpendos flosculos suos aliquem nostrae, id est ex archetypo *ω* deductae traditionis librum adhibuisse patet ex turbato exemplorum ordine etiam in hoc omnium imperfectissimo teste, ut qui inter excerpta sua exemplum II xi 2 exemplo IV vii 37 subnexerit, in indice praeterea nomen *Pinarius* (IV vii 22) nominibus *Miltiades Pisistratus Conon* (sic: II ix 8, 9, 10) postposuerit. non inutile erit meminisse hunc hominem in uitae negotiis cum Germaniae orientalisque Franciae tractus monasteriis rem habuisse. et Cusani exemplar hyparchetypo ***a*** adhaesisse satis apparet ex lectionibus supra relatis cum Harleiano siue Gothano communicatis. quod autem bis terque contra Harleianum cum alterius ordinis codicibus facit **C**, ut in 1.354 *fronteius*, 1.466 *continerentur*, apertissimum est his locis lectionem archetypalem Harleianum corrupisse. at Cusani libri, si uerum admittimus, propter excerptorum paucitatem breuiatorum ceteroqui atque interpolatorum infimum pretium: unde minus paenitet quod ipsius codicis deficiente mihi copia lectiones eius conquirendae erant ex collatione publici iuris olim a Iosepho Klein facta. nihil enim ad recuperandam ueram lectionem et parum ad traditionem intellegendam conferre uidetur hic liber, quem si omnino neglexissem, haud scio an rectius egissem.

III. *De codice* ***a***. His summatim de ordinis ***a*** codicibus relatis, de ipso eorum parente incipiam dicere. huius libri iam dudum deperditi textum minuscula praecarolina uel certe aliqua in minusculam uergente litteratura exhibitum satis declarant litterae ab eius prole male intellectae, eaeque maxime quas perperam extulit codicis Harleiani librarius, stupidus sane et indoctissimus homo sed eo ipso pronior ad indiscusse exprimenda quae putauit se scripta uidisse in exemplari.

Posita ergo inueniuntur inter alia *ion* pro *um* (1.518 *notion* **G**), *c* pro *e* (1.178 *clausit* **H**, *elusit* *β*), *f* pro *s* (1.417 *multo fignes* **H**), *r* pro *s* (1.536 *repetere* **H**), *d* pro *cl* (3.315 *haeradee* **H**^{ac}), litterae rectis pennae tractulis formatae uelut *i m n u* saepius confusae, *o* pro *a* (2.130 *proflore* **H**), *a* pro *o* (2.99 *uespasionus* **H**), *u* pro *a* (3.56 *ferendum* **H**), *a* pro *u* (3.473 *incautas* **H**^{ac}), *um* pro *ani* (3.277 *castellum* **H**), *t* pro *c* (4.367 *contenditur* **G**^{ac}, *concenditur* **H**^{ac}, lege *conceditur*), *it* pro *u* (4.143 *iniussit* **H**^{ac}), *ci* pro *u* (3.51 *scicessura* **G**, confer 4.387 *admocit* **H**), *ri* pro *m* (3.337 *liberari* **H**), *x* pro *a* (4.507 *ixctarent* **H**; 4.173 *exfuissent* **HG** pro *ea fuissent*: erraueratne ipse ***a***?), *a* pro *c* (1.691 *graahus* **H**;

4.432 *Alaetas* G), *n* pro *r* (4.22 *dilicationis* G), *x* pro *r* (2.422 *erercitum* H), pax Palamedes.

Verborum distinctione aut plerumque aut omnino caruisse codicem ***α*** suadent loci e.g. 2.23 *processit se* H^{ac}C (*processisse* h^2G***β***), 2.346 *imperaret* H (*impar erat* ***β***), 2.499 *eas erepturi* H (*ea se recepturi* ***β***), 3.250 *ducem teloris* H^{ac} (*ducente loris* h^2), 4.42 *acmen oneratur* G, 4.273 *causaecum* HG^{pc} (*causae equum* ***β***); unde dittographia exorta est in 2.390 *odore reconsternati* H.

Hyparchetypum suprascripta lectionis uarietate instructum docent duplices lectiones rarissimae in Harleiano, inter quas praestantissimum est illud *deptulit* in 2.493, uera littera (ut solet) falsam sequente: utique enim legendum *detulit* cum ***β***. incertum autem, utrum haec uarietas ipsi ***α*** ex collatione primum inculcata sit an huic libro ab archetypo ***ω*** demissa, in ***β*** inter scribendum eliminata.

Compendiis scripturae in ***α*** adhibitis factum est ut fallerentur apographa e. g. in 4.108 *consul* G pro *Gaius*. deprauatiorem autem textum librum ***α*** exhibuisse iam antea uidimus docentque insuper menda ueluti 2.715 *misit* C et (ni fallor) H^{ac}, *iussit* h^2***β***; 3.40 *castra* ***α***, *castus* ***β***; 3.32 *posset* ***α***, *posse* ***β***; *quadru* ***α*** (*quadrum* h^2), *quadridui* ***β***. rationem corruptelarum in 2.945 *eper* H^{ac2}, *epor* G, 4.332 *opere* G (lege utrubique *per*) si quis potuerit reddere, erit mihi magnus Apollo.

Iam supra diximus, cum inustam illam codici Harleiano pronuntiationis barbariem contemplabamur, unum ad hoc excusandum sufficere, si aliquam saltem horum errorum partem ab exemplari suo caeca quadam fiducia desumpsisset.

Quod reuera accidisse suggerunt loci aliquot, puta 3.91 *proditione* HG, 4.22 *dilicationis* G *dilicatores* H^{ac}, 4.126 *iniussum* HG, 4.191 *adsuaefactis* H^{ac}G, 4.294 *grassus* HG nisi hoc littera male lecta, 4.304 *uariae* H^{ac}G, 4.392 *lacerauit* HG, 4.466 *aliquod* HG, 4.477 *agmine* HG, in praua lectione cum Harleiano simul faciente Gothano: quem tamen consensum ex fortuito errorum concursu exoriri potuisse procul sum a negando. at quo magis credas hyparchetypum in *e* et *ae* commutationibus peccasse, inspice sis locum 2.3, ubi nondum ab altera manu correctus dederat H *praoelium*, suprascripta scilicet in ***α*** littera emendatrice *o* in primigeniam scripturam *prae* adsumpta; unde uidetur etiam illud quoque Harleiani in 2.891 *praelio* ab hyparchetypo acceptum. summi etiam momenti est lectio quaedam in 2.314, ubi mendose scriptum in ***α*** *luuiae* pro *alluuie* in duas uoces *liuia e* diduxit H, in *luuie* ab h^2 postea mutatas, ut qui adprime sciret et deficientes pennae tractulos supplere et aduenticias litteras abolere.

Et potuit Harleianus alia orthographiae peculiola a Gothano currente calamo eliminata ex archetypo accepisse: uereor autem ne magna earum pars ipsi Harleiani librario imputanda sit. nec frustra has lectionis quisquilias speculamur, quas non mirabuntur ii quibus cordi sunt historiae Gregorii Turonensis et sequentium diplomataque regum Merouingicorum: septimi enim uel potius octaui saeculi est, cui quidem aeuo fere attribuerim illum ipsum minusculis praecarolinis uel semiuncialibus litteris scriptum hyparchetypum ***α*** cuique aut non multo post aetati assignantur codices Harleianus et Gothanus. locus etiam conuenit: uterque enim codex orientalem regni Francici limitem patriam sibi uindicat, quem originem forsan proclament inter alia spi-

ritus in utroque codice litterae *r* male adiecti. consimiles corruptelas pro pensis scribarum plus minus crebras, Merouingicum tamen exemplar olentes uidebis in Fuldensi illo Ammiani Marcellini. haec ergo deformis orationis Frontinianae orthographia siue scribae codicis *α* debeatur siue a librariis **HG** noua aetatis Karolinae doctrina nondum plene instructis orationi sit illita, satis superque probatum reor, necesse non esse ut aetatis Frontinianae usum adseruent ea uerba quae toruum quendam aspectum in codicibus **HG** prae se ferunt: ne temere eorum opinionem amplectemur qui contendunt, priscas has uocum formas ipsius auctoris scribendi consuetudinem protestare.

Potest etiam declarari quot ceperint litteras singulae libri *α* lineae, prodente conspicuo quodam codicis Harleiani uitio. nam etsi tanta erat eius librarii neglegentia ut ab eo interciperentur litterae hic tres, illic centum octoginta duae, notabilius tamen accidit ut iterum atque tertium omissa sint orationis frusta litterarum fere tricenarum nouenarum, ut e. c. in 1.161, 2.557–558, 3.302–303. quorum defectuum cum nulla causa appareat, ut quasi dicas, scribam ab eodem ad idem saliendo errasse, necesse est ut statuamus eum mero casu singulas hyparchetypi *α* lineas plus minus quadragenarum litterarum subinde praeterisse.

IV. *De hyparchetypo β eiusque testibus γδ.* In censum nunc proueniunt quattuor paulo recentioris aetatis libri, qui sunt: Parisinus latinus 7240 saeculi undecimi (**P**), Guelferbytanus Gudianus latinus 16 anni 1332 (**W**), Oxoniensis bibliothecae Bodleianae e collegio Lincolniensi 100 anni circiter 1125 (**O**), Londiniensis denique bibliothecae Britannicae Harleiani 2729 saeculi duodecimi ineuntis (**L**). atque hunc codicum ordinem eiusdem quam *α* archetypi memoriam adseruasse manifestum est non solum ex insignibus quibusdam corruptelis quas libris eius ordinis impertiunt **PWOL**, uelut

4.409 *Cato*] *dento* *α***PWOL**, corr. recc.
2.919 *Peloponnesiorum*] *priore neciorum* *α***PWOL**, corr. Freinsheim
2.926 *uirgo nubilis*] *uirgo alias et nobilis* *α***PWOL**, corr. Oudendorp

sed etiam ex eo praecipue, quod eandem orationis libri secundi in quartum traiectionem exhibent quam in libris classis *α* supra deteximus. eos tamen ad unum eundemque hyparchetypum *β* paulo remotius ab *α* distantem ascendere cognoscitur ex lectionibus in quibus conspirant **PWOL** renitente *α*, ut e. g.

4.191 *innumerabiles α*: *innumeras* **PWOL**
4.483 *recipientibus α*: *incipere* **PWOL**.

in omnibus praeterea hisce eodem modo resarcinatus est textus hians libri II (2.871 *illi con* **H**, *illi cum* **PWOL**) et in omnibus pariter orationi libri IV accommodatus est textus traiecticius in loco nostro 2.871 (*continuerunt α*, *continerent* **PWOL**). eiusmodi autem lectionis uarietate inter se dissident hi ordinis *β* codices ut facillimum sit eos in duos ordines dirimere, hoc fere modo:

1.172 *imminere* (H)PW: *in itinere* OL
1.716 *aduersus cercireos nauali proelio decertaturus* (H)PW: *classe dimicaturus aduersus cecireos* OL
2.155 *equestris* (H)PW: *euerris* OL
2.327 *confligere* (H)OL: *defligere* PW
4.359 *imperare* αOL: om. PW.

redeunt ergo ad unum exemplar, nobis γ, codices PW, ad alterum, nobis δ, libri OL. cuius bifidae traditionis cum sescenta in apparatu nostro inueniantur testimonia, ut sunt 1.605 *contione* Hδ, *contentione* γ; 2.432 *illati sunt* Hγ, *illaqueati sunt* δ; 2.555 *prorupit* Hγ, *irrupit* δ; 3.2 *edam* αδ, *sedam* γ; 3.384 *tenebatur* Hγ, *obsidebatur* δ, praesertim tamen conferentibus commendauerim locum 2.193–194, unde potest codex quicumque recentior suae familiae attribui duobus tantum scripturae lineis comparatis. sed propius has familias γδ examinemus, de eorum parente β dehinc disputaturi.

V. *De hyparchetypo γ eiusque testibus* PW. Hyparchetypi γ lectionem referunt duo tantum quod sciam francogallicae indolis libri, inprimis Parisinus latinus 7240 (P), inlucescente saeculo undecimo manu paene carolina quanto elegantius tanto accuratius conscriptus et qui solus inter strategematon codices sine ulla oculorum uel animi offensione legi potest. perpendendum tamen, num lectionis facilitas idem significet ac fidelitas erga auctorem. grauissimum hunc ordinis sui testem ceteris omnibus postpositis agnouit Gundermann, nec iniuria: nos autem cum latius et seuerius aliquid studeamus, scilicet ut non modo recipiantur Frontini uerba sed etiam operis traditio demonstretur, ad stabiliendam lectionem hyparchetypi γ socium quendam Parisini codicem adsciuimus, id est Guelferbytanum Gudianum latinum 16 (W), litteratura gothica rotundiore confectum *manu Bricii briton(ici) clerici*, ut obiter citem quae subscripsit eadem manus codici Gudiano 15, cui noster Gudianus olim cohaesit. et adeo mira lectionis similitudine inter se plerumque consentiunt hi duo ut, ni interdum aduersaretur Guelferbytanus Parisino quamuis in minimis, ut e.g. 2.670 *stet* (α)P, *stetit* (δ)W, 2.786 *collegas* P, *collega* (h^2δ)W, paene putares illum ab hoc exemplatum. horum autem testium parente γ cum libri α prole in lectionis discrimine saepius aduersus δ conspirante patet illum hoc accuratius memoriam codicis β adseruasse. ne autem suspicemur hyparchetypos γβ unum eundemque librum fuisse uetant loci uelut 4.4 *et* αδ, *haec* γ, 4.126 *censor* αδ, *consul* γ, ubi contra ceteros simul faciunt PW, male. semel, quod noui, interpolationis reus deprehenditur γ, in 2.79 *dimicandi* recte dato contra *dimicationi* H^{pc} *dimicatione* δ, quae ad idem redeunt.

VI. *De hyparchetypo δ eiusque testibus* OLK. Hyparchetypum hunc attestantur libri tres OLK, temporis iniuria imperfecti omnes, isque deperditus, si quidem unus fuerit, unde emanauerunt inferioris aetatis codices in quibus

textus libri secundi traiecticius paene suo loco redditus inuenitur: de quo postea. nempe hic liber *δ* ineunte saeculo duodecimo a Gallia in Angliam transfretauit: prima enim eius proles angligena, et antiquissimus testis, praeclarus sane liber et qui ante interpolationem eadem paene fide exemplar suum secuta sit qua suum Parisinus, codex Oxoniensis e collegio Lincolniensi (**O**), quod ad Frontinum attinet (adsunt enim et Eutropius et Vegetius) a duobus saltem amicis Willelmi monachi Malmesbiriensis litteratura anglici generis romana, uulgo *romanisca* nuncupata c. a. 1125 descriptus et correctus, ipso Willelmo opus diorthoseos et coniecturalis emendationis adiuuante. quem librum hinc inde suffulciunt codices Londiniensis bibliothecae Britannicae Harleianus 2729 (**L**) saeculi duodecimi prioris partis, litteratura postcarolina francogallicae (ni fallor) faciei confectus, cuius lectio quamuis interpolationibus obducta non ita male cum Oxoniensi consistit, nec non et Cantabrigiensis bibliothecae uniuersitariae e collegio diui Petri 252 (**K**) saeculi undecimi prioris partis et manu postcarolina crassiore exaratus, qui complura exempla ex instituto omisit.

At de huius libri statu paululum ambigitur, ut cui insint lectiones aliquot codicibus familiae *γ* propriae quasi fundamentis in *δ* locatis superiniectae, ut e. c. 1.559 *reliqua opera* **H*δ***, *reliquum opera* ***γ*K**; 2.24 *hostes* ***aδ***, *hos hostes* ***γ*K**; 3.273 *eis* **H*δ***, *eius* ***γ*K**; 4.47 *impetum* ***aδ***, *imperatum* ***γ*K**.

Hi tres libri **OLK** quamuis minus unanimi uoce quam testes hyparchetypi *γ* parentem suum declarent, satis tamen patet eos ex uno atque eodem codice descriptos, quem a fratre suo *γ* diducit magna et reprehendenda uitiorum multitudo ex incuria transcribendi uel etiam ex interpolatione oriunda.

Inter quae uitia maxime attonitos nos tenet illud in 2.355 *calli montis dromi* **OL** (deest **K**), ubi *callidromi montis* **PW**, *callididromi montis* **H** balbutiens; qui error solus sufficeret ad hyparchetypi *δ* prolem ab ea quam generauit *γ* secernendam. scilicet uox *callidromi*, primitus omissa, supra lineam in *δ* ita addita fuit ut ad laeuam et dexteram uocis *montis* se extenderet: unde diuiserunt transcribentes. considera etiam quo modo peccauerit *δ* in 1.716 interpolando (*classe dimicaturus aduersus cecireos* ***δ***, *aduersus cercireos nauali proelio decertaturus* ceteri), in 2.654 triuiale aliquid supponendo (*planities* ***δ***, *planitias* ceteri difficilius), in 2.640 sponte (ut uidetur) corrigendo (*ducens aciem* ***δ***, *ducemq(ue)sacen* **H**, *ducesacen* ***γ***, lege *ducemque Osacen*).

Textum autem codicis *δ* deprauatiorem nullo peregrino libro adhibito expurgare conatae sunt in codice Oxoniensi Lincolniensi **O** tres uel certe duae manus correctrices, id est Willelmi Malmesbiriensis et amicorum, non mediocri successu quod ad orationem lectu facilem reddendam attinet; etsi fatendum est uiros hos pro temporum suorum captu doctissimos raro in uerum incidisse, saepius quod corruptum erat ulterius corrupisse. monendus autem est lector pro certo affirmari non posse utrum ad emendandam traditionem an ad meros transcriptionis errores tollendos proposita sit magna earum mutationum pars quae pristinam in linea codicis **O** scripturam tetigerunt; praeterea ita minutis litterulis consimili inter omnes manus correctrices ductu

formatis illatas esse has correctiones, quibusdam etiam quasi mero pennae talitro effectis, ut aegerrime aut omnino non possint suo quaeque librario assignari. experto crede, qui in bibliotheca ducis Humfredi apud Oxonienses per totos dies libro Lincolniensi incubui, spe plerumque frustratus ut inter correctorum tributa distinguerem. quare si non artis prosopographicae, at certe rei criticae usibus puto me satis facturum si has omnes correctiones unius aetatis uniusque operis diorthoseos inter collegas sub uno siglo **o** comprehendero.

VII. *De excerptis Parisinis.* Medium quendam inter hyparchetypos *γδ*, illi tamen propiorem locum occupare uidentur excerpta quae praebent schedae quaedam exeunte saeculo undecimo manu in romanam uergente exaratae codicique Parisino latino 18104 subnexae; ne forte putes, usum excerpendi exempla codicum **G C** ordinis *α* tantum fuisse. hae uero schedae quamquam neque corrigunt textum nec usquam corrigendum docent, conferendas tamen earum praecipuas lectiones in apparatu curaui, primum ne praeteriretur antiquus aliquis huius opusculi testis qualiscumque, deficientibus plerumque uetustioribus, deinde ne lateret, uulgatam Frontini traditionem saeculo iam undecimo ita instabilem factam ut in alterum eius riuulum alterius lectiones transfundi potuerint. ut enim codici **K** maxime ex familia *δ* textum suum desumenti aliquot familiae *γ* lectiones sunt inculcatae, sic uersa uice in excerptis his Parisinis textus codici *γ* proprius lectionibus classis *δ* siue communi et procliui errore seu coniectura seu conferendo contaminatus legitur.

Certe cum *γ* faciunt haec excerpta in 1.716 *aduersus cercireos nauali proelio decertaturus*, cum *δ* infrequentius, ut in 3.384 *obsidebatur*, cum neutro infrequentissime, ut in 1.463 *deficiebat*. turbatus praeterea exemplorum ordo etiam in codice excerptis consuto satis declarat exemplar eius eandem quam omnes alii orationis traiectionem ex libro secundo in quartum exhibuisse.

VIII. *De codice β.* De supra relatorum codicum fonte *β* cum pronuntiare haud facile sit, ut quem deperditum percipiamus mediantibus duobus deperditis et ipsis libris, grassante etiam licentius in recentioribus interpolatione, haec fere de eius indole et aspectu dici posse uidentur. eum minuscula aliqua scriptura confectum apparet ex indiculis e. g. 1.152 *rhodinum δ*, *schodinum γ*, 4.367 *redisse γ*, *sedisse δ*; et cum non ita infrequens in eius prole *γδ* praua uerborum distinctio manifestetur, id est si quasdam huiusmodi corruptelas antiquitus textui infixas praeterierimus, putandus est codex *β* iustam uocum diuisionem plerumque inculcasse: nisi statueris eius errores, si errauit, a progenie emendatos. confer tamen 3.329 *requirentibus* pro *re querentibus*, 4.64 *trident in hoc loco* pro *tridentino loco*, 4.113 *qui ab* pro *quia*, 4.385 *pugnandae poscentis* pro *pugnam deposcentis.* memoriae lapsu falsus dedit *β* in 2.255 *uel* pro *aut* (sed lege *at*), duplici quoque lectione in 1.261 *superiorius* proposita. uoces etiam quae breuiationem subierant in *ω* pessime refecit *β*

in 1.105, *cuperet* pro *e re p. esset* scribendo. peccasse eum in aliquibus enuntiationem tangentibus et forsan ex *ω* deriuendis summo periculo colligi potest ex eo quod in traditionis *β* melioris ramuli meliore teste, id est in Parisino P, bis terue uidemus *ae* pro *e* positas (1.672 *aepulas*, 3.387 *aepistulas*, 4.525 *aepistulis*), semel uocalem protheticam praefixam (4.235 *escaurus* certe *β*): inueterato autem errore et archetypi ipsius culpa factum puto, ut *g* epenthetica mediae uoci *hirtulegium* in 2.761 iniecta sit, ab H tamen eliminata, ut quem et alibi hoc elementum inter uocales positum neglexisse certum sit.

IX. *β cum α committitur.* Temporis et linguae et codicum superstitum originis rationibus habitis non absonum erit patriam Francicam hyparchetypis *αβ* tribuere: et facile concedetur codicem *β* aduersus *α* uel eius saepe unicum testem H ueram lectionem praestare. uehementer autem displicet, quod subinde interpolauit textum sciens *β*, ut uel sensum deficientem redintegraret uel structuram inusitatiorem faciliorem intellectu redderet, ut e.g. in 1.76 *ad* suppleto, in 1.279 *ut* adiecto, in 2.871 et 4.541 textu transpositae materiae reconciliato, in 3.78 *apparere* dato (*ap(p)ari α*, *pp* pro *m* rotundiore), in 3.82 soloecismo *ad macedonicum ornatus est habitum* pro claudicantibus illis *ad macedonici ornatus habitum* reposito, in 4.83 *pedites* omisso. grauiter praeterea erratum est in 4.526, ubi *anuli obsignatae β* praue, *anulo signatae α* recte. nam in omnibus hisce locis nil est quod putemus uel *α* uel H archetypum fefellisse: at econtra in 1.123 et 693 uoce *ut* saliendo praetermissa potuit lectio codicis Harleiani generari, quam tamen ut difficiliorem sustinui; et patet causa reponendi *initio* pro nomine castelli aliunde ignoti *Initia* in 4.92, *a tergo* pro *ad tergum* in 4.438. at hanc retractationem suspicor eo usque progressam ut ne orthographiam quidem intemeratam relinqueret. illud enim non potest latere uel superficie tenus textum huius codicum ordinis cum *α* uel unius H conferentem, orationem in hoc asperam nescioquam et seueram faciem gerere propter conposita non adsimilata et pluralis accusatiuos tertiae declinationis per *-is* constantius datos; in illo autem, id est *β*, eloquentiam laetum quendam et facilem aspectum prae se ferre ob praepositiones plerumque uerbis compositis assimilatas pluralesque in *-es* antelatos. in exculta enim hac orthographia fere consentiunt omnes ordinis *β* libri, nisi in recentibus obnubilatur compendiis ad praepositiones uelut *im-* et *com-* exprimendas identidem adhibitis. illud tamen in his quaerendum est, quod innuimus ante, sollertiane transcribendi priscae istae uocum formae in Harleiano obuiae asseruatae sint an imputari debeant fastidio merouingicae aetatis, quae tristi quodam accurationis studio libenter praepositiones non adsimilatas assimilabat et pessumdata omni accepta pronuntiationis ratione inter *-is* et *-es* in ultimis et ideo accentu carentibus syllabis male distinguebat. in hac re quanam uia procedendum duxerim mox dicendum erit cum ad huius editionis rationem explanandam uenero: nunc

enim ad ipsius archetypi naturam inuestigandam auocamur, recentiorem quandam nec tamen uili pendendam codicum familiam postea recensituri suoque loco assignaturi.

X. *De archetypo ω.* Pauca admodum inuenio quae dici possint de codicis indole tot annos in tenebris et obliuione abditi, cuius ipsa lectio ad amussim redintegrari non potest fallentibus apographis, deficiente praeterea externo testimonio quo aestimetur quibus et quantis iniuriis iam uexatum hic liber textum acceperit. praeter lacunulas aliquot et orationis traiectionem famosam illam, in ipso fortasse luxatis foliis, errores simplicitate quadam antiquitatem olentes quibus laborabat archetypus praecipuos commemorauerim 2.23 *sane* pro *mane*, 4.409 *dento* pro *Cato* usitatiusque corrupta 3.306 *acerbis* pro *aceruis*, 4.77 *silentius* pro *si lenius* si uera coniectura. mendosam autem archetypi scripturam quaecumque fuerit in 2.568 paulo aliter hyparchetypus uterque exhibet (*ex sententia*[*m*] *cessit* H–h², *ex sententia incessit β*). populus populum expulit in 1.68 *sabinorum* (lege *Gabinorum*), et quanto procliuius, tanto lepidius euenit ut in 1.455 *Boii* (uel secundum H *boni* quidam) in silua *Latina* discurrerent. littera rubricatoris culpa olim omissa factum est ut pro *Sudines* euaderet *ynides* in 1.658, sicut et in 3.339 *yzantios*. repositae sunt praeterea in apographis *αβ* litterae *e* pro *c* (3.110 *eononeum*, lege *Cononeum*), *o* pro *e* (2.367 *contunculis*, lege *centunculis*; 2.502 *potitus*, lege *petitus*), *g* pro *c* (3.190 *graterum*, lege *Crateri tum*); quibus erroribus simul ac temporum rationi optime conueniret rotundior aliqua codicis archetypi litteratura. adde, quae semiuncialem manum potissimum commendant, elementa *cl* in *d* conuersa (2.175 *inclibile* pro *Indibile*), *f* in *s* (4.341 *cum fabre* pro *Consabrae*), *a* in *ti* (3.247 *cocleas* H, *cocletis β*). scripturae autem rusticae nulla certa uestigia: non enim litterarum *f p* confusio, ut puta in 2.810 *pacto*, scribe *facto*, rusticis potius quam rotundis maiusculis tribuenda est. quod autem in hyparchetypis *αβ* elementa *i* et *e* saepius commutabantur et praesertim in terminationibus, hoc imputandum censeo non, ut quibusdam uidebitur, rusticae alicui archetypi scripturae sed fastidio librariorum ipsorum, has sicut alias litteras efferentium prout uerba sibi quisque dictabat seque sensus compotem reddere ualebat. sed haec incertissima hactenus.

XI. *De codicibus familiae ε.* Cum hyparchetypo *δ* euanescit traditio auctoritate transcribendi praedita incipitque aetas promiscuae lectionis; quasi rebus non sufficeret, hyparchetypum *β* textum iam olim retractasse et aliquatenus complanasse. quin excerpta Parisiensia saeculo duodecimo scripta iam contaminationis arguuntur, cuius uitii reus est etiam codex K, interpolationis etiam codex L ex familia *δ*. in qua quidem familia, ut cuius participes latius mediis saeculis innotuerint, paulatim increuit emendationis usus uiris doctis duodecimi et sequentium saeculorum proprius, correctionibus ipsi textui inculcatis: teste in primis codice Oxoniensi O, cuius ex coniectura oriundae lectiones aliae in marginibus exstant, aliae textui accommodatae sunt, litte-

ris primigeniis erasis aut reformatis. infrenatius autem temporis processu hanc interpolandi consuetudinem euagatam edocet familia quaedam codicum ex hyparchetypo *δ* oriunda, in qua praeter lectionem emendatam pars illa orationis libri II olim in IV translata suo libro redditur, adhaerentibus etiam ultimis libri quarti strategematon exemplis. siquidem duo capitula libro secundo deficere iam olim adnotauerat scriba codicis **P**, collatis scilicet cum capitulatione quae in ipso commentario legebantur; et sagacius postea egit manus correctrix (altera, ni fallor) codicis **O**, quae euoluto ad umbilicum opusculo non modo textum libri secundi hiare sed etiam quonam loco inueniretur pars maior eorum quae deerant adnotauit. unum hoc restabat, ut transponendo redintegraretur textus libri secundi. quae transpositio tandem aliquando facta est, sed ubi et a quo, ignotum: in nullo codice ante saeculi tertii decimi finem exarato effectam inueni. ex eo autem, quod omnes quos noui codices hanc traiectionem exhibentes lectionem hyparchetypi *δ* inter se communicant eisdem nouis corruptelis praeter cuique proprias deprauatam, quodque in omnibus uno eodemque modo textus traiecticius insertus reperitur, libens statuerim, unum tantummodo exstitisse classis *δ* codicem, nobis *ε*, in quo haec transpositio olim facta sit, archetypum omnium qui eam praebent librorum. neque tamen ea fuit transpositionis ratio quae hodie, scilicet ut in exemplum illud ex II ix 7 et II xii 2 conflatum infercirentur quae traiecta fuerant: nil enim uidebatur ibi deesse, quandoquidem iam dudum interpolando operuisset codex *β* hiatum in media sententia intercidentem. uisum est igitur ut capitula integra II x (*SI RES DVRIVS CESSERIT* e.q.s.), xi, xii 2 usque ad uocem *consuetudinem*, adhaerente etiam extrema exempli IV vii 42 parte ad initium emendata, inter strategemata II xii 2 (… *uicti sunt*) et II xii 3 (*Chares* …) insererentur. post quod exemplum, id est II xii 3, decurrit textus usque ad IV vii 42, ubi uocem sub initio *milites* excipit reliqua pars exempli II ix 7 ad initium concinnitatis causa interpolata (*cum continerent se* …); sequuntur exempla II ix 8, 9, 10, quibus liber quartus et ultimus concluditur. puto haec magis intellegi, si per schema quoddam ostendero. exscribantur ergo primum frustula quaedam librorum II et IV qualia dedisse ea putandus est Frontinus, et quasi laterculi longi lineamento circumscribatur ea pars libri II quae olim luxatis foliis traiecta est in eum libri quarti locum quem sagittula inserta designaui:

II
illi con | tinuerunt … uicti sunt. SI RES … consuetudinem | aduentaret … uicti sunt.
IV
Chares … ‖ … milites con↑tinere uellet … habuit.

transpositione ergo facta hanc gessit faciem archetypalis textus:

II IV
illi con↑aduentaret … uicti sunt. Chares … ‖ … milites con | tinuerunt … uicti sunt.
SI RES … consuetudinem | [ti]nere uellet … habuit.

uides nunc hiantem libri II orationem sagittula denotari, textumque libri quarti noua materie praeditum. et hunc quidem textum parum cohaerentem securus exscripsit archetypus *α*, testantibus apographis HG: alter autem hyparchetypus *β* cum inconcinnitatem orationis deprehendisset, leui interpolatione effecit ut dissecta sententiarum membra inter se coaptarentur, hoc fere modo:

II IV
illi *cum* aduentare*nt* ... uicti sunt.↑Chares ... ‖ ... milites *cum* contin*erent* ... uicti sunt.
[SI RES ... consuetudinem *redire* uelle*nt* ... habuit.]

ubi quae litteris inclinatis proposui, ea interpolata sunt a *β*. uides praeterea me laterculo saepsisse et posteriorem eorum partem quae in quartum traiecta erant et ea quae textum traiecticium excipientia librum quartum claudebant. haec in locum quem statim supra sagittula designaui ita inserta sunt ab *ε* ut textus hoc fere aspectu euaderet:

II
illi cum aduentarent ... uicti sunt. [SI RES ... consuetudinem redire uellent ... habuit.] Chares ... ‖ IV ... milites cum continerent ... uicti sunt.

quibus in uocibus, *uicti sunt*, subsistit textus.

Huius ergo familiae *ε* participes sunt pauci codices saeculo decimo tertio exeunte non antiquiores, ex quibus nominauerim e. c. Scorialensem O.II.5 eumque nondum repertum neque fortasse reperiendum qui parens exstitit recentissimorum quos noui duorum, scilicet Vindobonensis N.7.17 saeculi quinti decimi eiusque aequalis Vpsaliensis bibliothecae uniuersitariae C. 193, nuper a Bendzio prolati. ut tamen ceterorum recentium, ita huius hyparchetypi *ζ* lectiones, quem ab *ε* pendere demonstrant et traiecticius exemplorum ordo et aliquot corruptelae cum libro Londiniensi iam iam commemorando communes, diserte laudandas non duxi nisi uel hunc hyparchetypum definiunt, conferentibus profuturae, uel eius sunt indolis ut credere adducaris textum tralaticium alioqui ferendum occulto quodam uitio laborare.

Codicis uero *ε* praecipuum et antiquissimum testem et quamuis interpolatum, attamen ipsa interpolatione pretiosum referendum curaui librum Londiniensem in palatio archiepiscopi Cantuariensis Lambethae adseruatum inter Tenisonianos 752 (T). de quo praestantissimo et editoribus adhuc latente codice cum fusius alibi sim dissertaturus, paucissima hoc loco de eius aspectu atque indole proferam. ergo hic liber exeunte saeculo tertio decimo nitidissime manu gothica anglicanae faciei scriptus Frontini strategematon opus complectitur in fine mancum, euulsis a nescioquo qui membranam uacuam conquirebat et codicis protocollo et ultimo operis folio in uersa pagina scriptura carente. in eo autem maxime a sociis suis familiae *ε* desciscit, quod textum codicibus huius familiae proprium, id est corruptelis et transpositione interuersa insignem, multis eisque saepe optimis coniecturis ipse librarius uel aliquis eius praedecessor identidem castigauit.

Nec absurde hunc consalutaremus primum Frontini strategematon editorem, ut qui nunc praeter errores uulgares sublatos (e.g. 1.172 *imminere δ, in itinere* T; 1.375 *dimisso β, demisso* T; 1.586 *in ω, inter* T) uirorum doctorum nostri aeui emendationes praeoccupauerit, ut e. g. in 1.86 *commisso* (coni. Oudendorp), 1.122 ⟨*perlatum*⟩ (suppl. Stewech), 2.51 ⟨*suos*⟩ (suppl. Eussner), 2.204 *profligatis* (coni. de Maulde), 2.534 *fuga* (coni. Oudendorp), 2.845 *interuenerat* (coni. Gronow), 3.371 [*occasione*] (del. cens. Baehrens), 3.428 *comportari* (coni. Oudendorp), 4.200 [*proelio*] (del. Gundermann), nunc nouis et haudquaquam spernendis remediis laboranti orationi ita consuluerit ut inter locos corruptos alium (2.621) solus emendasse uideatur, alium (2.586) elegantissime correxerit, uocem commentus oscitanti sententiae supplendae aptissimam et quae non nisi positione distet ab ipsius Gundermanni supplemento.

Absit ut codicem cuius ipse patronus factus sum supra modum laudibus efferam: sed quod ait Samuel Naber in acerrima illa praefatione suae Corneli Frontonis editioni praefixa, *aliquid dandum censeo iusto parentum amori, qui liberorum uirtutes extollere ament et naeuulos aut praeteruideant aut dissimulent. causa honesta est et uenia danda erit.* nec quisquam homo candidus hunc scribam optime de Frontino meruisse negabit. nostri autem codicis correctiones non, ut Willelmi et amicorum in Oxoniensi Lincolniensi O, codici iam exemplato illatae sunt, expungendo uel superponendo uel radendo: in Tenisoniano nulla emendatio in rasura, nulla supra lineam, nisi uulgatissimorum errorum transcribentibus communium, ut e. g. litterarum forte omissarum: omnes coniecturae suo loco adaptatae, haesitationis uel secundarum curarum uestigia nulla. adde quod loci paralleli alter ex altero emendati leguntur, quodque in exemplis strategematon bis a Frontino uel eius interpolatore adhibitis ab hoc ad illud refert librarius lectorem, principio dumtaxat repetiti exempli rubricatis litteris exscripto. putandus est ergo Tenisoniani scriba aut in aliquem iam ab alio correctum codicem incidisse aut ipse suum familiae ε testem perlegisse adnotasse et denique transcripsisse, ut exemplaris emendati emundatum exemplum omni macula lituraque carens possideret.

XII. *De textu paraphrastico eiusque fonte π.* Libros strategematon non solum excerpendo sed etiam per paraphrasin reddendo deminutos testatur magnus numerus exemplorum ita familiari, ne dicam uulgari stilo redactorum ut nenias puerorum putares, quas repperi in tertia parte libri Leidensis Perizoniani 17 saeculi quinti decimi, dum codicum recentissimorum lectiones et coniecturas incassum exanclo. quam deprauationem cum aeui litterarum renascentium gustui et studio nesciocuius ludi litterarii magistri impatiens adsignassem, iussissemque hunc hominem in magnam malam crucem abire, fata insuper Volusi annalium eius schedulis imprecatus quae me tam diu a grauioribus consiliis seuocarant, memini me quasi fulmine percussum cum ecce in extremis foliis codicis saeculi undecimi exeuntis Vaticani Palatini latini 1571 easdem ipsas narratiunculas offendi. quarum ut specimen habeat curiosus lector, unum exemplum subiciam ex Vaticano et Perizoniano ad litteram repetitum quo pateat ratio orationis recoquendae:

Imperator domitianus cum aduersus gallos pergeret. praecepit militibus ut nullus diceret quod imperator cum eis esset ne illi (*illi*[*s*] Vaticanus) *se aduersus imperatorem attentius praepararent* (haec duo uerba inuerso ordine sed transpositionis signis supra positis Vaticanus). *sicque immanem multitudinem hostium superauit.*

– ubi inuenies disiecta membra Frontinianae eloquentiae in I i 8. adde quod ex mendis tum cuique codici propriis, qualia habes in loco supra relato, tum utrique communibus, quorum exempla adferre ab huius editionis proposito alienissimum esset, ilico patet eos ab eodem iam leuiter corrupto libro, nobis *π*, originem traxisse. quod exemplar propter Parisini exempli aetatem ante saeculi undecimi finem scriptum necesse est ut statuamus. neque quisquam mirabitur librum *π* prae se tulisse turbatum illum exemplorum ordinem in omnibus obuium, hiante libro secundo, redundante quarto: tantum autem distat ab authentico reformatus textus ut affirmari non possit utri hyparchetypo propius accesserit paraphrastae integrum exemplar. in depingendo codicum stemmate codicem *π* hyparchetypo *β* adhaerentem exhibui, nullam grauiorem ob causam quam quod huius codicis memoria latius quam *α* post aeuum karolinum propagata sit. quod autem corruptelae archetypales paucae eaeque leuissimae in libro *π* sanatae leguntur, ut e.g. in 1.44 *in itinere*, 2.268 *falcatas*, ingenio paraphrastae obiter et sponte menda aperta corrigentis referendum est.

XIII. *De reliquis subsidiis criticis.* A. *De codicibus agminis ς.* Familiis *ε* ex *δ* et *ζ* ex *ε* pendentibus rite designatis, excidit mihi quidem spes suffragia reliquorum quos noui codicum ita diribendi ut sub certis familiarum nominibus adferrem. restat igitur rudis indigestaque moles centum quinquaginta codicum recentioris aetatis et adulterinae lectionis, ut qui contaminatione uel coniectura plus minus felici textum corrigere studeant remotius a *β*, propius uero ab hyparchetypo *γ* uel, quod multo saepius accidit, ab eius fratre *δ* deriuatum. quare moneo ex hac uasta et sine nomine librorum turba saeculis quinto decimo et sexto decimo assignandorum me non nisi selectissimas lectiones rettulisse, eas scilicet quae uel indubitatas capitalium codicum corruptelas tollunt uel quae aliam quam secutus sum uiam corrigendi monstrent uel etiam quae idem emendationis consilium in lectionis discrimine per saecula captum prodant: quod et ipsum si non ad traditionem declarandam, tamen ad operis fata perspicienda aliquid conferre uidetur. non autem is sum, qui bibliothecas totius Europae compilem ut paginas meas dimidias fere complerem faecibus aeui renascentium litterarum; et quis mortalis ad percensendos recentiores hos omnes sufficiat? at hercle iam praesto erat in primigenia uel emendata scriptura capitalium codicum **HPWOLKT** multo maior pars lectionum quas in textum recipiendas uel in apparatu commemorandas duxi: et quae pauca in hisce non inueni, ea ex codicibus maxime classis *ε* repetii, ubi sparsa iacent utilia quaedam neque hyparchetypo assignanda. erant quoque ad manus editiones et commentarii uirorum docto-


rum. unde rarius accidit ut in textu corrigendo coactus sim ad infimae aetatis codicum indiscretum agmen me conferre, quorum quidem testimonium tacere, quin immo abolere plerumque studui, quoad eius facere potui, ne et pessumdaretur traditionis expositae claritas et uera Frontini memoria cum importuna hariolatione confunderetur. quae autem sub siglo ς ex uulgatae classis libris adfero, inter quos nominauerim e. g. Londinienses Egerton 1867, Burney 173 et complures alios, Vaticanos latinos 2193 et 3408, Leidenses 128, Vossianum F. 59, Burmanni Q. 4 et alios, ea aut codicibus saltuatim inspectis aut aliorum fide et praecipue Gundermanni fretus referre satis habui, ne in uana et sterili inuestigatione diutius moraretur editio.

B. *De traditione quae secundaria siue obliqua dicitur.* Frontini hoc opus studiosis rerum gestarum inde ab aeuo quod medium uocatur acceptissimum multi inferioris aetatis citauerunt scriptores, quorum catalogum iam olim a Gundermanno indefesso studio elaboratum necesse non est ut repetam. nam quod ad textum constituendum attinet, satis erit hoc dixisse, unam tantummodo me lectionem ex fonte extraneo in textum Frontini adscisse, nempe illud *retentis* apud Iohannem Saresbiriensem neque alibi repertum, quo sanatur corruptus locus 4.248. quaeritur autem num illi aliqui sincerae indolis codex notus fuerit in quo hanc optimam lectionem reppererit. at istius Iohannis rhetorum tropis tinnitantia et incredibile quanto uerborum flatu turgentia opera quamquam non ita bene edita legimus, tamen duce femina docta I. Martin satis cognouimus eum in Frontino citando ex aliquo angligenae stirpis, id est familiae **δ** codice et Oxoniensi Lincolniensi **O** uicinius adiacente excerpta sua compilasse: quod hercle temporis et loci rationibus habitis uix mirandum, huius hyparchetypi notitia saeculo iam duodecimo in Anglia latius repansa. cum ergo haec in 4.248 lectio minime putanda sit ab aliquo nostrae traditioni alieno libro originem duxisse, interpolationis rea stat et Iohannis exemplari uel potius ipsi Iohanni tribuenda, ut qui et alibi aut memoriae lapsu aut ingenii acumine aut mera incuria sciens insciens auctorum uerba mutasse deprehendatur.

XIV. *Stemma codicum strategematon Frontini.* His igitur qua potui diligentia explicatis, stemma codicum Frontini strategematon depingo (uide p. XXV). habes hic, lector, totam huius operis traditionem, in quantum inuestigare eam et intellegere ualui, arboris in modum ante oculos propositam; et nunc demum agnosces librorum dumtaxat antiquiorum affinitates et naturas hoc uno loco comprehendi:

4.374 *id est operibus* **α**: *idem operibus* **h**^{2}**γ**: *id est* **δ**: del. Oudendorp.

XV. *De huius editionis ratione.* A. *De lectione redintegranda.* Collatis adinuicem codicum familiis ordinibusque euadit textus si non optimae, at certe non pessimae notae, multis tamen omnis generis erroribus plus minus grauibus dehonestatus, quos magna ex parte tollunt coniecturae uel in recentioris aeui codicibus classis ς obuiae uel uirorum doctorum aetatis nostrae studio


ω
α
β
G
C
H–h²
γ
δ
π
P
W
exc.
Par.
K
L
O
ε
exc.
Vat.
exc.
Leid.
T
ς
Scorial.
O.II.5
ζ
Vpsal.
C.193
Vindob.
N.7.17

elaboratae. itaque cum multi sint loci in quibus lectionem ad iudiciolum uel arbitriolum meum referendam inuenerim, pauci admodum sunt ubi nouam corrigendi rationem temptare sum ausus, etiam pauciores de quorum remedio desperaui. unam eamque molestissimam difficultatem fateor emendanti saepius obortam quam lectorem celatum noluerim, id est quonam modo tractanda sint illa locorum et praecipue ducum nomina in quibus commemorandis, si quae codicibus fides, aut leuiter errauit aut erubescendum in modum falsus est noster, ut e.g. ubi Aemilius cum Aemilio confunditur, Scipio cum Scipione. sed ne multa: cum id pro religione habeam, editoris esse codices, non auctorem emendare, decreui illa tantum male posita nomina pro corruptis habere quae librariis leui et usitato oculorum errore deceptis assignanda iudicaui, cetera autem intacta relinquere ut auctoris potius quam scribarum culpae imputanda, memoriae lapsu uel corrupto exempli fonte in errorem praecipitati.

B. *De interpolationibus.* Inuitus (ut uerum fatear) nunc uenio ad rem difficillimam tractandam; excepto enim Bendzio, quem nimia pietate puto deceptum in auctoris sui manibus inferias mittendo, fere omnes consenserunt nostri saeculi uiri docti textum strategematon Frontini interpolata materia sufflatum: quibus tamen locis et exemplis, incertum. nimirum gratum fuisset nostro quod bonitate et indulgentia eius usi sunt posteri, quippe qui prouidisset (I praef. 3) aliqua quandoque suis addenda; neque crederes librum strategematon eis adiectionibus carere quas quasi flagitant talia collectanea. cum autem in textu recensendo mea de interpolationibus sententia aliquatenus supprimenda esset, ne praeiudicata opinio officeret iudicio editoris, qui aequali lance debet singularum lectionum merita expendere, tamen hanc quaestionem omnino uitare non potui, de fumo (quod aiunt) in flammam, ne redigendo ad prioris aeui latinitatis normam corrumperem quae in posterioris aetatis interpolatore poterant ferri. aliena tamen seponere cupientibus nimium quantum obest ipse Frontinus, qui tarde commouetur, raro incalescit, neque caret uitiis negotiositatis. multa enim inuenias licet in tersa hac et efficaci eloquentia quae quemuis uirum rebus gerendis aptissimum prae se ferant, pauca admodum sunt quae excerpere, quae referre possis, quorum ope Frontini ipsius manus a cuiusuis alterius eiusdem aetatis de eisdem rebus scribentis secernatur. etiam sollemnis ista apud eum exemplorum structura *ille, cum illi hoc fecissent, hoc fecit,* adeo trita est et rei subiectae propria ut nemo nostrum sit quin eam imitari possit. attamen haec ipsa quasi frigiditas scribendi in usum uenire potest abiudicanti quaedam a Frontino: nam styli ratione ac linguae habita manifestum est, praefationi libri primi magnum frustulum infarsum, id est ubi auctor cum legente familiarius loqui uidetur eis de rebus quas ignorare poterat nemo togatus: eodemque styli et habitus argumento adductus sum ut suspicarer praefationem libri tertii interpolatoris uomitus non effugisse. tum quae passim latiora exempla suscipiunt breues et ieiunae sententiae uelut illud *idem fecit talis* nostro haudquaquam crediderim

imputandas etiam opus suum calamo ad manum retractanti. item capitulationes et quae eas dissignant clausulae *species eorum* e. q. s. Frontino libens abiudicauerim. utique tamen cauendum, ne ea eliminemus quae ipsi scribere nolumus. multum etiam me torsit quaestio utrum commenticius esset liber quartus necne. ad quam diu prorsum rursum agitatam litem siue compescendam siue exacerbandam cum subsidia iam dudum explorata prolataque sunt in Bendzii aliorumque operibus nihilque noui in promptu habeam quod ad dirimendum denique iurgium sufficiat, sententiam meam perpensatis quae utrubique proposita sunt strictissime declarabo. et primum, quod ad minutias illas sermonis attinet quae Bendz chalcenterico quodam labore enucleauit, eatenus ei assentire paratus sum ut credam multa quidem in libro quarto inueniri quae quouis pedestris orationis scriptore aetatis fere Traianae non sint prorsus indigna, nulla autem quae quasi inreuocabili sententia denuntient eum qui libros primum secundum tertium scripserat commentarium quartum scripsisse. insunt praeterea exempla quae ab restricto illo Frontini iudicio utilitati magis quam delectationi legentium consulentis abhorrere uidentur. ad summam, qui tres libros promisit (I praef. 2), putasne eum quattuor dedisse? at cum duobus saltem interpolationis generibus rem habere uidemur. euenit enim, si quod uideo, ut post euulgatos commentarios opus retractandi et supplendi sibi imposuerit lector aliquis, adiecto toto libro qui animis legentium blandiretur, fabulas de hominibus et factis mirabilibus garriendo potius quam res gestas sobrie enarrando: quapropter factum credo ut codex Gothanus hunc tantum commentarium decreuerit exscribendum. orationem autem iam aduenticia materia ditatam denuo retractauit alius, qui quaedam exempla mirificae et quasi fabulosae indolis tam ipsi illi interpolato libro quarto quam praecedentibus infarsit, quae tenore rei subiectae et affabili nescioqua styli comitate et ornatiore uerborum copia seriorem aetatem olente a Frontiniana simplicitate toto caelo distant. incertum autem, uter interpolator libros I II III adnotationibus quale est illud *idem fecit talis* conscribillauerit: iuniori tribuerim, qui certe difficultatem quandam in IV v 14 explanare conatus est. sed quot homines tot sententiae, neque in hac parte uoluerim opiniunculam meam iudicio candidi lectoris officere, cui permittitur liberum arbitrium tollendi cancellos a me et a me doctioribus positos.

C. *De orthographia.* Quae pauca et admodum incerta sub hoc titulo proferri possunt decreui non omittenda: quamuis enim monuit is qui secuit urbem, non quaerendum neque elaborandum *accurrere d*ne an *c* scribamus, et quamuis mos erat librariis ut uerborum orthographiam ad gustum et ad libitum suum et saeculi sui currente calamo refingerent: nihilominus tamen hoc compertum habeo, nos debere auctoris manum in transcriptis exquirere, spolia opima forsan relaturos. corruptelas ex antiquis et inusitatioribus uocum formis oriundas, certissimos authenticitatis indices, in Frontino nusquam inuenio: neque huius opusculi exstat codex aeque fidelis ac Bambergensis

ille Plinii maioris, quem cum legimus, auctori ipsi scribenti adstare uidemur. siquidem apud nostrum in strategematibus (nam liber de aquae ductu qualis nunc editur parum auxilii ad hanc rem determinandam adfert, alia utique uia ad nos transmissus) ut lectionis, ita et orthographiae gemina ratio in traditionis ramulis inuenitur: de qua satis superque iam disceptatum est. igitur si putamus eo usque progressam orationis deprauationem in ordinis ***α*** libris ut praeposita et terminationes quoque uitiarentur, Bendzium in hac parte imitabimur textum leuigatum qualis in ***β*** legitur exhibentem. sin autem putamus codicem ***β*** adeo temere et minute textum retractasse ut ne ab orthographia quidem limanda abstinuerit, sequendum erit consilium Gundermanni, qui formas quas etymologicas uocant quasi accurata ordinis ***α*** codicum memoria inde ab archetypo demissas ubique conseruauit, huius ordinis et praesertim libri Harleiani Merouingicae indolis immemor. notabilius enim accidit, ut orthographiae eadem ratio in exemplis suppositiciis quae in authenticis inueniatur in Harleiano: quo magis credas eum potius suum scribendi morem imposuisse quam ueterem conseruasse. sed cum Harleianus H uel eius exemplar sincerior sit in re et ratione lectionum, hyparchetypus autem ***β*** manifeste deprehendatur lectionem retractasse et reconcinnasse, non sine anxia deliberatione tandem decreui uoces compositas et tertiae declinationis accusatiuos secundum usum ordinis ***α*** uel certe Harleiani H exhibenda: qui usus si non in omnibus auctoris mentem ac manum ipsam exprimit, attamen simulacrum quoddam excitare uidetur eius orthographiae a qua non abhorruisset auctor aliquis alterius partis primi saeculi; ita tamen, ut lectiones quas repugnantibus Harleiano Gothano Cusano in textum recepi haudquaquam conatus sim in eam formam redigere qualem dedisset codex aliquis ordinis ***α*** si eas seruasset; ne forte putes inconsulto uel typothetae errore factum quod apud nos hic illic inter e.g. *im-* et *in-*, *adg-* et *agg-* uacillatur. adduci autem non potui ut nominatiuum singularem *uiuos* (4.330) accusatiuosque *equom* (4.277, confer 2.385) et *saeuom* (3.361) retinerem, quamuis hyparchetypales: moribus enim saeculi sui uidetur in his inseruiisse hyparchetypus. item formas mediis saeculis desideratissimas *obpugnare, obpressi, optulit, optineretur* nostro imputandas non putaui, neque illud quod liberae rei publicae auctorem decuisset *uocare* pro *uacare* recipere ausus sum offerente Harleiano in 4.172: sed erat quod haesitarem in loco 4.122 diiudicando, ubi *ad cenam uocabat* ***αγ*** O^{ac} exc. Par., *ad cenam uacabat* fortasse ***δ***, certe **oLTς**. assentantibus melioribus libris *optuma* dedi in 2.191, at soli Gothano *quom* e.g. in 3.35 scribenti fidem non faciendam censui. non potes in omnia haec mea consilia plura dicere ipse ego quam dixi.

D. *De siglorum usu.* Fauente huius Frontini operis traditione familiali feliciter accidit ut quos adhibendos elegi codices sub hyparchetyporum siglis plerumque citare potuerim, selecta tantum testimonii uarietate prout res postulabat singulorum librorum notis appictis proposita. lectionis praeterea discrepantias minimas et ad nullum artis criticae usum proficuas fere usque ta-

cui; neque in tanta mole casu omissarum et recte a manu emendatrice suppletarum in Harleiano H litterarum plura duxi commemoranda quam quae aliquid ad intellegendas et librarii et correctoris eius mentem et hyparchetypi indolem conferre uidebantur. illud autem non diu latebit lectorem, me in apparatu critico digerendo siglum bifidum **H*β*** constanter adhibuisse neque lectionem archetypo *ω* tribuisse ubi deficientibus sociis suis codex Harleianus cum hyparchetypo *β* in erratis conspirat. quod fortasse quibusdam contra artem factum uidebitur. esto. quotiescumque autem tot et tantos illos codicis Harleiani errores mecum reputaui et in animum reuocaui quibus interpolationibus codex *β* archetypalem lectionem mutauerit, paulatim mihi succreuit et adhuc perseuerat opinio, nos nimis audacter acturos si deficiente tertio teste lectionem archetypi *ω* ex lectionum consensu codicum **H*β*** lectionem *ω* effecerimus, quamquam nullo modo adduci possum ut credam lectiones quale est illud in 3.395 *interrex* non in archetypo stetisse.

E. *De indicibus huic editioni subnexis.* Supererat ut edito textui matriculam fontium et locorum qui paralleli uocantur subiungendam curarem, a praedecessoribus meis magna ex parte conquisitam – nam in hac re alter alterius umeris innitimur – quantum tamen potui emendatam atque auctam. huic subiciendum duxi indicem nominum et rerum gestarum, uerborum autem non item, quippe quia exstet laterculus uocum in utroque Frontini superstite opere obuiarum Hildeshemi nuper publici iuris factus, quantum quidem ad strategematon libros attinet ad Bendzianae editionis fidem compilatus, communibus tamen usibus aptus.

Sufflaminandus sum, ne praeter necessitatem amplius hanc dilatem praefationem, in qua multa et transire mihi ipsi permisi; quod me non sine causa fecisse scient qui aliorum libros eadem promittentium legerint. uerum facile erit sua sub quaque specie suggerere. id certe uideor mihi effecisse, ut notior esset antiquior huius libri traditio, omnium saeculo duodecimo antiquiorum codicum lectionibus quam plenissime relatis. hos codices plerosque ipse relegi, omnesque aut tabulis photographice confectis aut uolumellis imaguncularum luci peruiarum comprehensos ad manum habui. unde solita gratiarum actio exordium capere debet. beneficiis enim me sibi obstrinxerunt in primis bibliothecarum Britannicae Gothanae Parisiensis Bodleianae Cantabrigiensis Lambethanae Vpsaliensis ceterarumque praefecti quique eorum res agunt, itemque primiceria Instituti ad textus eorumque historias inuestigandas Parisiis constituti, qui codices uel ipsos uel lucis ope expressos poscenti beneuole suppeditauerunt; bibliopola adhuc humanissimus, cum ob nostrum in hac superba editionum serie inclusum opellum, subseciuarum quidem horarum fructum et dum ad alia edenda festino derelictum potius quam ad finem perductum, tum ob hoc, quod primum inter recentiores membranas aestuanti, deinde amisso nuper patri parentanti ita subuentum est ut tempus editionis prelo mandandae aliquantum prorogaretur; academiae iterum Bri-

tannica confoederationisque Helueticae, quarum ope factum est ut, dum fundamenta huius laboris pono, per duos fere menses prope Genauam apud Fundationem Hardtianam hospitarer, gratissimam sane studiosis undique confluentibus mansionem, cuius familiam curatoresque ingrato silentio nefas esset praeterire, inter quos Oliuerium Reverdin, Bernhardum Grange, Susannam Moor, collegamque meum Ericum Handley nostratem: amici postea omnes, qui nunc blandimentis, nunc hortatu, nunc etiam minis prosecuti sunt cunctantem, praesertimque qui operam huic praefationi ab innumerabilibus mendis uindicandae dedit uir singularis doctrinae aeque ac humanitatis Otto Skutsch. horum omnium ope studio beneuolentia amicitia adiutus spero me opus recensendorum Frontini strategematon ita transegisse ut a candido lectori non omnino sim explodendus; quod opus, sicut cetera, cum usus potius aliorum quam meae commendationis causa aggressus sim, adiuuari me ab his qui aliquid illi astruent, non argui credam.

Scribebam Diluuiis in Coriticiana regione Kambrensium
mense Iulio a. a. u. mdcccclxxxviii R. I. Ireland

EDITIONES ET COMMENTARII POTIORES

Bendz, G., Die Echtheitsfrage des vierten Buches der frontinschen Strategemata, Lunds Universitets Årsskrift, N. F. Avd. 1 Bd. 34 Nr. 4, 1938

–, Textkritische und interpretatorische Bemerkungen zu den frontinschen Strategemata, Kungl. Humanistiska Vetenskapssamfundet i Lund. Årsberättelse 1942–1943, II

–, Frontinus: Kriegslisten, Berlin 1963 (2. Aufl. 1978)

Bennett, C., curante McElwain, M.: Frontinus: The Stratagems and the Aqueducts of Rome, Cambridge, Mass. and London 1925

Dederich, A., Sex. Iuli Frontini Strategematicon libri quattuor, Lipsiae 1855

Eussner, A., Zu Frontins Strategemata, Bl. bayr. Gymn. 7, 1871, 84 sqq.

–, Phil. Anz. 13, 1883, 380

Gundermann, G., De Iuli Frontini Strategematon libro qui fertur quarto, Comm. Phil. Ienenses 1, Lipsiae 1881, 83 sqq.

–, Quaestiones de Iuli Frontini Strategematon libris, Fleckeisens Jahrb. Suppl.-Bd. 16 II, 1888, 315–371

–, Iuli Frontini Strategematon libri IV, Lipsiae 1888

Haase, F., Ad Frontini Strategemata II. 9 et 12, RhM N. F. 3, 1845, 312–319

Hartel, G., Analecta, WS 6, 1884, 98–120

Hedicke, E., Über eine Blattversetzung im Frontin, Hermes 6, 1872, 156–164

–, Zur Blattversetzung in Frontins Strategemata, Hermes 55, 1920, 330–334

Kappelmacher, A., Sex. Iulius Frontinus, RE 10, 1917, 591 sqq.

Klein, J., Ueber eine Handschrift des Nicolaus von Cues, Berlin 1866

Lammert, F., Strategemata, RE 4 A, 1931, 174 sqq.

Martin, J., John of Salisbury's Manuscripts of Frontinus and Gellius, JWI 40, 1977, 1–26

Oudendorp, F., Sexti Julii Frontini libri quatuor Strategematicon cum notis integris F. Modii [de Maulde, 1580] G. Stewechii [Stewech, 1585] P. Scriverii [Schrijver, 1606–1607] et S. Tennulii [ten Nuyl, 1675] ... His accedunt cum P. Scriverii tum aliorum ineditae observationes ... curante F. Oudendorpio, qui et suas adnotationes ... adjecit, Lugduni Batauorum 1731

–, editio altera, multo auctior et emendatior (cum notis Buherii [Bouhier], Casauboni [Casaubon], Salmasii [Saumaise], Gronovii [Gronow] et aliorum, curante C. Oudendorpio), Lugduni Batauorum 1779

Perl, G., Textkritische Bemerkungen zu Frontins Strategemata, Miscellanea Critica II, Leipzig 1965, 258–268

Petschenig, M., Sprachliches zu Frontins Strategemata, Philologus Suppl.-Bd. 6, 1892, 399 sqq.

Rodriguez, J. C., Frontini index, Hildesheim 1985

EDITIONES ET COMMENTARII

Wachsmuth, C., Ueber die Unächtheit des vierten Buchs der frontinschen Strategemata, RhM N. F. 15, 1860, 574–583
Woelfflin, E., Frontins Kriegslisten, Hermes 9, 1875, 72–92
Zechmeister, J., De Iuli Frontini Strategematon libris, WS 5, 1883, 224–251

SIGLA

Prima cuiusque codicis manus littera maiuscula denotatur, minuscula correctrix; notulis numerorum arabicis suprascriptis inter correctores, ubi uisum est, distinguitur. stellula appicta significatur litteras emendatrices aut radendo effectas esse aut in rasura positas inueniri. litterulis *ac* codicis siglo adiectis lectio nondum correcta comprobatur, ita ut quae manus eam mutauerit figurula arabica addita intellegatur; suffixis *pc* lectio emendata, *mg* in margine posita, *sl* supra lineam inserta, *ul* ut uaria introducta declaratur. laterculo □ circumsaepiuntur litterae in rasura scriptae, cancellis duplicibus ⟦ ⟧ litterae a correctore seu punctulis seu lineolis seu radendo abolitae, earumue spatium arabico charactere designatum ubi ipsae discerni non possunt. lunulis ( ) compendiorum solutiones includuntur, cancellis simplicibus [ ] quae delenda, uncinis ⟨ ⟩ quae supplenda editori uidentur; tribus stellulis uncinis comprehensis indicatur lacuna. nihil legentis commoditati officient usitata compendia uelut *om., del. cens., corr., suppl., trsp.*

CODICES

ordinis α integer testis est

H codex Londiniensis Harleianus 2666 totus, saec. ix in.

excerpta praebent

G codex Gothanus memb. I. 101, saec. ix in., ff. 40^r–49^v

C codicis Cusani e ualetudinario Nicolai 52 pars undecima, saec. xii, ff. 17^v–18^v

ordinis β

classis γ testes sunt

P codex Parisinus lat. 7240, saec. xi, ff. 1^r–25^v

W codex Guelferbytanus Gudianus lat. 16 totus, a. 1332

classis δ

O codex Oxoniensis e coll. Lincoln. 100, c. a. 1125, ff. 34^v–69^v

L codex Londiniensis Harleianus 2729, saec. xii, ff. 2^r–50^v

K codex Cantabrigiensis e coll. diu. Petri 252, saec. xii, ff. 109^r–132^r

in classe δ exstat familia

ε *in qua quae olim ex libro II in librum IV traiecta sunt magna ex parte suo loco redduntur. huius familiae nominatim citatur*

T codex Londiniensis Lambethanus inter Tenisonianos 752, saec. xiii ex., ff. 1^r–29^v

discerniturque subfamilia

ζ *testantibus inprimis codd. saec. xv Vindobonensi Lichtenstenensi N. 7. 17 et Vpsaliensi bibl. uniu. C. 193*

SIGLA

exc. Par. excerpta quae praebet cod. Paris. lat. 18104, saec. xi, ff. 186^{v}–187^{v}

π paraphrasis operis, cuius testes sunt codd. Vat. Pal. lat. 1571, saec. xi, ff. 36^{r}–47^{v}, *et Leidensis Perizoniani 17 pars tertia, saec. xv*

ς codicum interpolatorum saecc. xiv–xv nominatim non citatorum unus uel plures

IVLI FRONTINI

STRATEGEMATON

LIBER PRIMVS

Cum ad instruendam rei militaris scientiam unus ex numero studiosorum 1
eius accesserim, eique destinato quantum cura nostra ualuit satisfecisse ui-
sus sim, deberi adhuc institutae arbitror operae ut sollertia ducum facta,
quae a Graecis una *στρατηγημάτων* appellatione conprehensa sunt, expeditis
5 amplectar commentariis. ita enim consilii quoque et prouidentiae exemplis
succincti duces erunt, unde illis excogitandi generandique similia facultas
nutriatur; praeterea continget ne de euentu trepidet inuentionis suae, qui
probatis eam experimentis comparabit.

Illud neque ignoro neque infitior, et rerum gestarum scriptores indagine 2
10 operis sui hanc quoque partem esse complexos, et ab auctoribus exemplorum
quidquid insigne aliquo modo fuit traditum; sed ut opinor, occupatis ueloci-
tate consuli debet. longum est enim singula et sparsa per immensum corpus
historiarum persequi, et hi, qui notabilia excerpserunt, ipso uelut aceruo re-
rum confuderunt legentem. nostra sedulitas inpendet operam ut, quemadmo-
15 dum res poscet, ipsum quod exigitur quasi ad interrogatum exhibeat. circum-

In ordine α *adest* **G**: *in ordinis* β *classe* δ *deest* **L**, *primo folio euulso* ‖ EX LIBRIS IV-LII FRONTINI STRATEGEMATON **C**: Sextus iulius frontinus in libro strategematon *exc. Par.*: Sexti Julii frontini strategematon **W**: Incipit IuliI Frontini De Exemplis Rei Militaris Liber .I. **O**: PRAEFATIO FRONTONIS LIB̄. I *post transcriptum librum quartum* **G**: *deest in* **HP**: *deerat in* **KT** *ante ficticios titulos a mm. recc. inculcatos, fort. ex impressis* ‖ *totam huius libri praefationem* (1 Cum – 36 posuimus), *sicut ceterorum, sciens om.* **K**: *frustulum* 3 deberi – 5 commentariis *descripserunt exc. Par.* ‖ 1 scientia **G** ‖ 2 destinationi **Wo** ‖ 3 instituto … operi **W** ‖ 4 *στρατηγημάτων Schrijver*: CTPATHΓHMATIKωN **G**: strategematicon **Hβ** | appellationem **G** ‖ 5 conmentariis **G** ‖ 6 generandique] gerendique **T** ‖ 8 eam **OTς**: ea **αγ** ‖ 9 indaginae **G** ‖ 12 consuli debet *inuerso ordine* **G** ‖ 13 uelud **G** *hic et ubique*: *infra non notabitur* ‖ 14 confunderunt **G**

spectis enim generibus praeparaui opportuna exemplorum ueluti consilia. quo magis autem discreta ad rerum uarietatem apte conlocarentur, in tres libros ea diduximus. in primo erunt exempla quae competant proelio nondum commisso; in secundo quae ad proelium et confectam pacationem pertineant; tertius inferendae soluendaeque obsidioni habebit *στρατηγήματα*. qui- 20 bus deinceps generibus suas species adtribui.

3 Huic labori non iniuste ueniam paciscar, ne me pro incurioso reprehendat qui praeteritum aliquod a nobis reppererit exemplum. quis enim ad percensenda omnia monumenta quae utraque lingua tradita sunt sufficiat? at multa et transire mihi ipse permisi: quod me non sine causa fecisse scient qui alio- 25 rum libros eadem promittentium legerint. uerum facile erit ⟨sua⟩ sub quaque specie suggerere: nam cum hoc opus, sicut cetera, usus potius aliorum quam meae commendationis causa adgressus sim, adiuuari me ab his qui aliquid illi adstruent, non argui credam.

4 [Si qui erunt quibus uolumina haec cordi sint, meminerint *στρατηγικῶν* et 30 *στρατηγημάτων* perquam similem naturam discernere. namque omnia quae a duce prouide, utiliter, magnifice, constanter fiunt *στρατηγικὰ* habebuntur; si in specie eorum sunt, *στρατηγήματα*. horum propria uis in arte sollertiaque posita proficit tam ubi cauendus quam opprimendus hostis sit. qua in re cum uerborum quoque inlustris extiterit effectus, ut factorum ita dictorum exem- 35 pla posuimus.]

5 Species eorum quae instruant ducem in his quae ante proelium gerenda sunt:

I de occultandis consiliis;
II de explorandis consiliis hostium; 40
III de constituendo statu belli;

16 preparaui **H** *ante caudulam ab* **h**^{2} *additam*: *item subinde alibi, ut statim infra* inferend⟨(a)⟩e, soluend⟨(a)⟩e *20*, occultand⟨(a)⟩e *66*, pr⟨(a)⟩estiterunt, mittend⟨(a)⟩e *127*, *138*: *plerumque autem uel per* ae *uel per nudum* e *in codice nondum correcto scribebatur* ‖ 18 diduximus *Dederich*: deducimus **αγT**: diducimus **Oς** ‖ 19 pagationem **H** ‖ 20 obsidioni **α** (obsidioni⟦bus⟧ **H**–**h**^{2}): obsidionis **β** | CTPATHΓHMATA *maiusculis graecis* **G**, *latinis* **H**: stratogemmata **γ**, strate geminata **O**, strategemata **oT** ‖ 22 Huic – 29 credam *del. cens. Woelfflin* ‖ 24 at *Gundermann*: ut **ω**: ita *Herel*: unde *uulgo* ‖ 25 et *om.* **OTς** | transirem **ς** | ipse *om.* **γ** ‖ 26 ⟨sua⟩ sub quaque *Wachsmuth*: sub unaquaque *uulgo*: sub sua quaeque *Oudendorp* ‖ 27 speciae **G** | cum] *adest* **L** | usu **γ** ‖ 30 Si qui – 34 sit *descripsit* **C**: Si qui – 36 posuimus *seclusit Wachsmuth* ‖ 30 *στρατηγικῶν Gundermann*: CTPATHΓHMATIKΩN *fere codd.* ‖ 31 namque *Gundermann*: nam cum **ω**: nam tum *uulgo* ‖ 32 ⟦ad⟧utiliter **G** | *στρατηγικὰ Gundermann*: CTPATHΓHMATIKA *fere codd.* | habebunt **OT** ‖ 33 speci⟦a⟧e **H** – **h**^{2} | propria *Oudendorp*: propri(a)e *codd.* (-e **LTς**) ‖ 34 tam ubi c. quam o. **αγ**: tam ubi c. quam ubi o. **δ**: tam ut c. quam ut o. **ε** | obprimendus **G** ‖ 37 Species] *incipit* **K** ‖ 37 *sq.* gerenda sunt. EXPLICIT PRAEFATIO FRONTONIS *omissa capitulatione* **G**

IV de transducendo exercitu per loca hosti infesta;
V de euadendo ex locis difficillimis;
VI de insidiis in itinere factis;
45 VII quemadmodum ea quibus deficiemur uideantur non deesse, aut usus eorum expleatur;
VIII de distringendis hostibus;
IX de seditione militum conpescenda;
X quemadmodum intempestiua postulatio pugnae inhibeatur;
50 XI quemadmodum incitandus sit ad proelium exercitus;
XII de dissoluendo metu quem milites ex aduersis conceperint ominibus.

I De occultandis consiliis

1 M. Porcius Cato deuictas a se Hispaniae ciuitates existimabat in tempore rebellaturas, fiducia murorum. scripsit itaque singulis ut diruerent muni-
55 menta, minatus bellum nisi confestim obtemperassent, epistolasque uniuersis ciuitatibus eodem die reddi iussit. unaquaeque urbium sibi soli credidit imperatum. contumaces conspiratio potuit facere, si omnibus idem denuntiari notum fuisset.

2 Himilco dux Poenorum, ut in Siciliam inopinatus appelleret classem, non
60 pronuntiauit quo proficisceretur, sed tabellas, in quibus scriptum erat quam partem peti uellet, uniuersis gubernatoribus dedit signatas, praecepitque ne quis legeret nisi ui tempestatis a cursu praetoriae nauis abductus.

3 C. Laelius, ad Syphacem profectus legatus, quosdam ex tribunis et centurionibus per speciem seruitutis ac ministerii exploratores secum duxit; ex

§1 a. 195 aC: Liu. 34.17; Plut. Cat. mai. 10; Polyaen. 8.17; Appian. Hisp. 41; auctor de uir. ill. 47 || §2 a. 396 aC: Polyaen. 5.10.2; Diod. 14.55 || §3 similia 1.2.1. a. 203 aC: Liu. 30.4; Polyb. 14.1b sq.; Zonar. 9.12

42 hoste **T** | infesta] insessa *Oudendorp*: *item infra 213* || 44 in itinere **OTς** *et sic* **π**: in itineri **L**: itineri **HPK**: teneru **W** || 45 deficiemur *Gundermann*: efficiemur **H**: deficimus **β** | aut] ut **Oς** || 45 aut – 46 eorum *om.* **K** || 47 de distringendis **β**: destringendis **H** || 49 quemadmodum … inhibeatur *om.* **H**, *ubi et* x *pro* xi, xi *pro* xii *in sequentibus* || 51 quem (quo **T**) m. e. a. conceperint ominibus **Tς**: quo m. e. a. concederint (**H**: concīderint **β**) hominibus ([h]om- **O**) **Hβ** || 53 M. Porcius Cato] *redit* **G** || 55 epistolasqu[e] **H** – **h**[2*] (*2 litt.*) || 56 unaqua[e]qu[a]e **H** – **h**[2*] | credidit **β**: credit **α** || 58 notion **G** || 59 appelleret classem (classim **β**, *corr.* **WKς**: *cf. infra ad 720*), non **Gβ**: appelleret. classi enim non **H** || 62 ui [temperasset] tempestatis **G**, *cf. 55* | *post* abductus *deficit* **G** || 63 legatus **ς**: legatos **Hβ**: legatus, ⟨lectos⟩ *Oudendorp* | ex **ς**: e **h**[2*] (*erasis puto* ae)**oLT**: et **γOK**

quibus L. Statorium, ⟨quem,⟩ quia saepius in isdem castris fuerat, [quem] 65
quidam ex hostibus uidebantur agnoscere, occultandae condicionis eius
causa baculo ut seruum castigauit.

4 Tarquinius Superbus pater, principes Gabinorum interficiendos arbitratus,
quia hoc nemini uolebat commissum, nihil nuntio respondit qui ad eum a fi-
lio erat missus; tantum uirga eminentia papauerum capita, cum forte in 70
horto ambularet, decussit. nuntius sine responso reuersus renuntiauit adule-
scenti Tarquinio quid agentem patrem uidisset: ille intellexit idem esse emi-
nentibus faciendum.

5 C. Caesar, quod suspectam habebat Aegyptiorum fidem, per speciem secu-
ritatis inspectioni urbis atque operum ac simul licentioribus conuiuiis dedi- 75
tus, uideri uoluit captum se gratia locorum ad mores Alexandrinos uitamque
deficere; atque inter eam dissimulationem praeparatis subsidiis occupauit
Aegyptum.

6 Ventidius Parthico bello aduersus Pacorum regem, non ignarus Pharnae-
um quendam natione Cyrrhestem, ex his qui socii uidebantur, omnia quae 80
apud ipsos agerentur nuntiare Parthis, perfidiam barbari ad utilitates suas
conuertit; nam quae maxime fieri cupiebat, ea uereri se ne acciderent, quae
timebat, ea ut euenirent optare simulabat. sollicitus itaque ne Parthi ante
transirent Euphraten quam sibi superuenirent legiones quas in Cappadocia
trans Taurum habebat, studiose cum proditore egit uti sollemni perfidia Par- 85
this suaderet per Zeugma traicerent exercitum, qua et breuissimum iter est et
demisso alueo Euphrates decurrit: namque si illa uenirent, adseuerabat se
opportunitate collium usurum ad eludendos sagittarios, omnia autem uereri,
si se infra ⟨per⟩ patentis campos proiecissent. inducti hac adfirmatione bar-

§4 a. incert. aC: Liu. 1.54; Ou. fast. 2.701–710; Val. Max. 7.4.2; Flor. 1.7.7; Dionys. 4.55 sq.; Polyaen. 8.6; Zonar. 7.10: de Periandro et Thrasybulo similia refert Herodot. 5.92ζ || §5 a. 48 aC || §6 a. 38 aC: Dio 49.19, de Channaeo quodam Cyrrheste referens

65 quem *trsp. Oudendorp*: *uel potest scribi* L. Statorium, qui [*Goetz*] saepius i. i. c. f. quemque [*ego*: ⟨et⟩ quem ς] quidam e. h. u. agnoscere *e. q. s. quaero tamen num debeat totum comma* quem q. e. h. u. agnoscere *ante* quia *transponi, numue oporteat* quia s. i. i. c. fuerat *tolli ut interpolatum* || 68 *sqq. exemplum 4 praecedentibus 12 et 13 titulo* DE CONSILLO (*sic teste Klein*) OCCVLLENDO *praefixo descripsit* **C** || 68 Gabinorum ς: sabinorum ω || 69 qui ad eum] quia d(eu)m **C** || 70 tantum] tamen ε || 72 patrem] partem **H**[ac2] || 72 *sq.* eminentibus ⟨ciuibus⟩ *Herel*, ⟨Gabinis⟩ *Dederich* || 75 inspectioni ς: inspectione **H**β || 76 captum se] captus e **P**, captus esse **W** | ad **H**: ut ad β: et ad *uulgo* || 77 deficere *editores*: deficeret *codd.* || 80 Cyrrhestem] cirthensem **o**, cyrthensem **L** | quae] qui **H**[ac2] || 83 euenirent β: uenirent **H** | simulabat β: simulabatur **H** || 87 demisso *amicus Oudendorpii*: omisso **H**β: commisso **T**, *coni. Oudendorp* | illa **H**: illac β || 89 per *suppl. Hartel*, ⟨in⟩ *Oudendorp*

90 bari inferiore itinere per circuitum adduxerunt exercitum, dumque fusiores ripas et ob hoc operosiores ponte iungunt instrumentaque moliuntur, quadraginta amplius dies impenderunt. quo spatio Ventidius ad contrahendas est usus copias, eisque triduo antequam Parthus adueniret receptis acie commissa uicit Pacorum et interfecit.

95 Mithridates, circumuallante Pompeio, fugam in proximum diem moliens, 7 huius consilii obscurandi causa latius et usque ad adplicitas hosti ualles pabulatus, colloquia quoque cum pluribus auertendae suspicionis causa in posterum constituit, ignes etiam frequentiores per tota castra fieri iussit; secunda deinde uigilia praeter ipsa hostium castra agmen eduxit.

100 Imperator Caesar Domitianus Augustus Germanicus cum Germanos qui 8 in armis erant uellet opprimere, nec ignoraret maiore bellum molitione inituros si aduentum tanti ducis praesensissent, profectioni suae census optexuit Galliarum; sub quibus inopinato bello adfusus, contusa inmanium ferocia nationum prouinciis consuluit.

105 Claudius Nero, cum e re publica esset Hasdrubalem copiasque eius ante- 9 quam Hannibali fratri iungerentur excidi, idcircoque festinaret se Liuio Salinatori collegae suo, cui bellum mandatum fuerat, parum fidenti uiribus quae sub ipso erant adiungere, neque tamen discessum suum ab Hannibale, cui oppositus erat, sentiri uellet, decem milia fortissimorum militum elegit, prae-
110 cepitque legatis quos relinquebat ut eaedem stationes uigiliaeque agerentur, totidem ignes arderent, eadem facies castrorum seruaretur, ne quid Hannibal suspicatus auderet aduersus paucitatem relictorum. cum deinde in Vmbria occultatis itineribus collegae se iunxisset, uetuit castra ampliari, ne quod signum aduentus sui Poeno daret, detractaturo pugnam si consulum iunctas
115 uires intellexisset. igitur inscium duplicatis adgressus copiis superauit, et uelocius omni nuntio rediit ad Hannibalem: ita ex duobus callidissimis ducibus Poenorum eodem consilio alterum celauit, alterum oppressit.

§7 a.66 aC: Appian. Mithr.99; Plut. Pomp.32; Dio 36.48; Zonar. 10.4 || **§8** a.83 pC || **§9** similia 1.2.9, 2.3.8. a.207 aC: Val.Max. 7.4.4; auctor de uir. ill.48; Liu. 27.43sq.; Polyb. 11.1

91 operosiores ponte *Bendz* (*adhuc tamen* operosiores *non omnino placet*): operosiores pontes **Hβ** (*quo retento* iungunt *post* ripas *trsp. Wachsmuth*): operosiore ponte *Saumaise* || **93** est usus] usus est **δ** || **95** mithridates **L**[ac] *casu*, **ς**: mithridatis **Hβ** | proximum **H**: proximam **β** || **98** castra *om.* **H** || **102** profectioni suae census *de Maulde*: profectionis (-is *ex* -es **h**[2]) suae sensus **H**: profectionem suam sensu **β** | optexuit **H** || **103** sub quibus] subitus *Herel*: subito hostibus *Dederich* || **105** e re publica esset] erep̄ e&t **H**: cuperet **β** || **106** iungeretur **Tς** || **107** fidenti *Perl*: fidens *codd.* || **110** eaedem stationes **β**: easdem stationes (-es *ex* -is **h**[2]) **H** | uigiliaeq̧uae **H** *more suo,* uigiliaeque **oTς**: uigili(a)e (a)eque **β** || **111** ignis **H**[ac2] || **114** detractaturo **H**: detracturo **β** (*corr.* **oς**) || **117** ⟨se⟩ celauit *Hartel*: ⟨iter⟩ celauit *Hirschfeld*

10 Themistocles, exhortans suos ad suscitandos festinanter muros quos iussu Lacedaemoniorum deiecerant, legatis Lacedaemone missis qui interpellarent respondit uenturum se ad diluendam hanc existimationem; et peruenit Lace- 120 daemonem. ibi simulato morbo aliquantum temporis extraxit; et postquam intellexit suspectam esse tergiuersationem suam, contendit falsum ⟨allatum⟩ ad eos rumorem, et rogauit, mitterent aliquos ex principibus quibus crederent de munitione Athenarum. suis deinde clam scripsit ut eos qui uenissent retinerent, donec refectis operibus confiteretur Lacedaemoniis munitas esse 125 Athenas, neque aliter principes eorum redire posse quam ⟨si⟩ ipse remissus foret. quod facile praestiterunt Lacedaemonii, ne unius interitum multorum morte pensarent.

11 L. Furius, exercitu perducto in locum iniquum, cum constituisset occultare sollicitudinem suam ne reliqui trepidarent, paulatim se inflectens tam- 130 quam circuitu maiore hostem adgressurus, conuerso agmine ignarum rei quae agebatur exercitum incolumem reduxit.

12 Metellus Pius, in Hispania interrogatus quid postera die facturus esset, 'tunicam meam, si eloqui posset', inquit, 'conburerem'.

13 M. Licinius Crassus percunctanti quo tempore castra moturus esset, re- 135 spondit 'uereris ne tubam non exaudias?'.

II De explorandis consiliis hostium

1 Scipio Africanus, capta occasione mittendae ad Syphacem legationis, cum Laelio seruorum habitu tribunos et centuriones electissimos ire iussit, quibus curae esset perspicere regias uires. hi, quo liberius castrorum positionem 140 scrutarentur, equum de industria dimissum tamquam fugientem persectati maximam partem munimentorum circumierunt; quae cum nuntiassent, incendio confectum bellum est.

§ 10 a. 478 aC: Thuc. 1.90 sq.; Diod. 11.39 sq.; Plut. Them. 19; Nep. Them. 6 sq.; Iustin. 2.5; Polyaen. 1.30.5 || **§ 11** = 1.5.13. a. incert. aC || **§ 12** a. 79–72 aC: Val. Max. 7.4.5; Plut. apopth. Caec. Met. 2; auctor de uir. ill. 61 || **§ 13** a. incert. aC: Antigono tribuit Plut. Dem. 28, apopth. Antigoni 4 || **§ 1** a. 203 aC: Liu. 30.4; Polyb. 14.1 b sq.

119 deiecerat **T**: deicerent *Ruehl* || **120** diluendum $\mathbf{H}^{ac2}$ || **122** allatum *post* falsum *suppl. Wachsmuth, cf. Nep. Them. 7.2*: perlatum *post* eos *suppl.* **T**, *post* rumorem *Stewech* || **123** rogauit mitterent **H**: rogauit ut mitterent **β** || **126** aliter *codd., cf. Nep. Them. 7.6*: ante *Schrijver, cf. Nep. Them. 7.3, ubi* prius | si *suppl. Bendz* || **129** *sqq. exemplum 11 del. cens. Woelfflin annuente Gundermann* || **129** producto **Lς** || **133** *sqq. exempla 12,13 descripsit* **C** || **134** meam ... inquit *om.* **H**, *suppl.* $\mathbf{h}^2$ || **135** percontanti $\mathbf{h}^{2*}\gamma$ || **140** p[er]spicere $\mathbf{H}-\mathbf{h}^{2*}$ | quo **ς**: cum **Hβ** || **143** confectum est bellum **δ**

Q. Fabius Maximus bello Etrusco, cum adhuc incognitae forent Romanis 2
145 ducibus sagaciores explorandi uiae, fratrem Fabium Caesonem peritum linguae Etruscae iussit Tusco habitu penetrare Ciminiam siluam, intemptatam ante militi nostro. quod is adeo prudenter atque industrie fecit ut, transgressus siluam, Vmbros Camertes, cum animaduertisset non alienos nomini Romano, ad societatem compulerit.

150 Carthaginienses, cum animaduertissent Alexandri ita magnas opes ut Africae quoque immineret, unum ex ciuibus, uirum acrem nomine Hamilcarem Rhodinum, iusserunt simulato exsilio ire ad regem omnique studio in amicitiam eius peruenire; qua is potitus consilia eius nota ciuibus suis faciebat. 3

Idem Carthaginienses miserunt qui per speciem legatorum longo tempore 4
155 Romae morarentur exciperentque consilia nostrorum.

M. Cato in Hispania, quia ad hostium consilia alia uia peruenire non potuerat, iussit trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium raptumque unum ex his in castra perferre incolumem. tortus ille omnia suorum arcana confessus est. 5

160 C. Marius consul bello Cimbrico et Teutonico ad excutiendam Gallorum et Ligurum fidem litteras eis misit, quarum pars prior praeceperat ne interiores, quae praesignatae erant, ante certum tempus aperirentur: easdem postea ante praestitutum diem repetiit et, quia resignatas reppererat, intellexit hostilia agitari. 6

165 [est et aliud explorandi genus, quo ipsi duces nullo extrinsecus adiutorio per se prouident, sicut:]

Aemilius Paulus consul, bello Etrusco apud oppidum Vetuloniam demissurus exercitum in planitiem, contemplatus procul auium multitudinem citatiore uolatu ex silua consurrexisse, intellexit aliquid illic insidiarum latere 7
170 [quod et turbatae aues et plures simul euolauerant]. praemissis igitur explora-

§2 a. 310 aC: Liu. 9.36 || §3 a. 331 aC: Iustin. 21.6.1; Oros. 4.6.21 || §5 a. 195 aC; aliter Plut. Cat. mai. 13, stratagema Catoni ad Thermopylas a. 191 aC tribuens || §6 a. 104 aC || §7 a. 282 aC: Polyb. 2.20.4 sq.

147 industri[a]e **H** – **h**[2] || **152** rhodinum **δ**: [ro]dinum **H** – **h**[2*] (*3 litt.*): sc(h)odinum **γ**: rhodium **ς**: rhodanum **ς** *Iustinus Orosius* || **154** *sqq. exemplum 4 del. cens. Wachsmuth* || **161** & ligurum ... pars (*39 litt.*) *om.* **H**, *suppl.* **h**[2] | prior] superior *Hartel* | praeceperat **H**: praecipiebat **β** || **163** praestitutum **H**: praestitutam **β** | resignatas **β**: signatas **H**: reseratas **ζ** || **165** est – **166** sicut *deleuit Oudendorp* || **167** *sqq. praemisso indice* Consilia hostium caute sunt exploranda *uerba* Aemilius – **169** latere *omisso commate* apud ... exercitum *excerpsit* **C** || **167** Paulus] Papus *Gronow ex Polybio* | Vetuloniam *Gundermann*: uel coloniam **H**: coloniam **β**: Populoniam *Oudendorp*: Cortonam *Cluvier, cf. Polyb. 3.82*: Telamona *Gronow, cf. Polyb. 2.27* | demissurus **H**[ac]: dimissurus **h**[2]**β** || **168** *sq.* citatio reuolatu e **C** || **169** *post* latere *pergit* **C** quas de ininopinate (*sic teste Klein*) prostrauit || **170** quod – euolauerant *eieci*

toribus conperit decem milia Boiorum excipiendo ibi Romanorum agmini inminere, eaque alio quam exspectabatur latere missis legionibus circumfudit.

8 Similiter Tisamenus Orestis filius, cum audisset iugum ab hostibus natura munitum teneri, praemisit sciscitaturos quid rei foret; ac referentibus eis non 175 esse uerum quod opinaretur, ingressus iter, ubi uidit ex suspecto iugo magnam uim auium simul euolasse neque omnino residere, arbitratus est latere illic agmen hostium. itaque circumducto exercitu elusit insidiatores.

9 Hasdrubal frater Hannibalis iunctum Liuii et Neronis exercitum, quamquam hoc illi non duplicatis castris dissimularent, intellexit quod ab itinere 180 strigosiores notabat equos et coloratiora hominum, ut ex uia, corpora.

III De constituendo statu belli

1 Alexander Macedo, cum haberet uehementem exercitum, semper eum statum belli elegit ut acie confligeret.

2 C. Caesar bello ciuili, cum ueteranum exercitum haberet, hostium autem 185 tironem esse sciret, acie semper decertare studuit.

3 Fabius Maximus aduersus Hannibalem, successibus proeliorum insolentem, recedere ab ancipiti discrimine et tueri tantummodo Italiam constituit, Cunctatorisque nomen et per hoc summi ducis meruit.

4 Byzantii aduersus Philippum omne proeliandi discrimen euitantes, omissa 190 etiam finium tutela, intra munitiones oppidi se receperunt, adsecutique sunt ut Philippus obsidionalis morae inpatiens recederet.

5 Hasdrubal Gisgonis filius secundo Punico bello in Hispania uictum exercitum, cum P. Scipio instaret, per urbes diuisit. ita factum est ut Scipio, ne oppugnatione plurium oppidorum distringeretur, in hiberna suos reduceret. 195

§8 a. incert. aC: Polyaen. 2.37 || §9 similia 1.1.9. a. 207 aC: Liu. 27.47 || §2 a. incert. aC || §3 a. 217 aC: Liu. 22.12.6–12 || §4 a. 339 aC: Iustin. 9.1.2,7 || §5 a. 207 aC: Liu. 28.2.16–4.4

172 inminere] in itinere **δ** (*corr.* **T**: latere **o**, *a* latendo *scilicet, cf. 169*) | eaqu[a]e **H**–**h**² || 174 tisamenus **ς**: tiamemus **H**, tiamenus **β** || 177 est *om.* **H** || 178 elusit **β**: clausit **H** || 179 iunctum *Stewech*: tunc *codd.* || 184 aci[a]e **H**–**h**² || 186 tironem ... studuit (*42 litt. compendiis neglectis*) *om.* **H**, *suppl.* **h**² || 190 omne proeliandi discrimen euitantes *editores*: omni p. discrimine uitantes **Hβ**: omnia p. discrimina u. **oς**: omni p. discrimine uitato **T** || 192 morae **β**: romae **H** || 194 P. **O**, Publius **T**: p⟨(rae)⟩[*3*] **H**–**h**², prae **P**, [prae] **LK**, *nempe ex* p̄ *oriundum, cf. IV 486*: *om.* **Wς**

Themistocles aduentante Xerxe, quia neque proelio pedestri neque tutelae 6
finium neque obsidioni credebat sufficere Athenienses, auctor fuit eis liberos
et coniuges in Tro⟨e⟩zena et in alias urbes amandandi relictoque oppido sta-
tum belli ad nauale proelium transferendi.
200 [Idem fecit in eadem ciuitate Pericles aduersum Lacedaemonios.] 7
Scipio, manente in Italia Hannibale, transmisso in Africam exercitu ne- 8
cessitatem Carthaginiensibus inposuit reuocandi Hannibalem; sic a domesti-
cis finibus ⟨in⟩ hostile⟨s⟩ transtulit bellum.
Athenienses, cum Deceliam castellum ipsorum Lacedaemonii communis- 9
205 sent et frequentius uexarentur, classem quae Peloponensum infestare[n]t mi-
serunt, consecutique sunt ut exercitus Lacedaemoniorum, qui Deceliae erat,
reuocaretur.
Imperator Caesar Domitianus Augustus, cum Germani more suo e saltibus 10
et obscuris latebris subinde inpugnarent nostros tutumque regressum in pro-
210 funda siluarum haberent, limitibus per centum uiginti milia passuum actis
non mutauit tantum statum belli, sed et subiecit dicioni suae hostes, quorum
refugia nudauerat.

IV De transducendo exercitu per loca hosti infesta

Aemilius Paulus consul, cum in Lucanis iuxta litus angusto itinere exerci- 1
215 tum duceret et Tarentini ei classe insidiati agmen eius scorpionibus adgressi
essent, captiuos lateri euntium praetexuit; quorum respectu hostes inhibuere
tela.
Agesilaus Lacedaemonius, cum praeda onustus ex Phrygia rediret inseque- 2
renturque hostes et ad locorum opportunitatem lacesserent agmen eius, ordi-

§6 a. 480 aC: Nep. Them. 2.7sq.; Iustin. 2.12.13sq.; Herodot. 8.41; aliter Polyaen. 1.30.2 || §7 a. 431 aC: Iustin. 3.7.5; Thuc. 1.143.4,5; Plut. Pericl. 34; Diodor. 12.42.7; Polyaen. 1.36.1 || §8 a. 204 aC: Liu. 28.40sq., 30.9; Polyb. 14.9.8sq.; Appian. Hann. 55 || §9 similia 1.3.7. a. 413 aC: Thuc. 7.18; Iustin. 3.7.2,5; Polyaen. 1.36.1 || §10 a. 83 pC || §1 a. 281 aC: Zonar. 8.2 || §2 a. 396 aC: Polyaen. 2.1.30

198 Troezena *editores*: trozena *codd.* | amandandi *de Maulde*: amendandi **H**: ominandi γ: eminandi δ: emittendi ς || 200 Idem … Lacedaemonios *secl. Woelfflin* | periclis **H**^{ac2} | lacaedemonius **H**^{ac2}, *et quidem* lacaedem- *constanter* || 201 exercitu[m] **H** – **h**^{2} || 203 finibus ζ: funeribus **H**β | in hostiles *Freinsheim*: hostile **H**β || 204 decaelia [*l*] **H** – **h**^{2} | castellum ipsorum *deleuerim* || 205 frequentius β: frequentibus **H** | quae **H**: qua β | peloponensum **H**δ: peloponessum γ**K** | infestaret *editores*: infestarent *codd.* || 210 limitibus *Schrijver*: militibus *codd.* || 213 infesta] insessa *Oudendorp*: infensa **T** || 214 Paulus] Papus *ten Nuyl* || 216 captiuos lateri **H**: captiuis latera β

nem captiuorum ab utroque latere exercitus sui explicuit; quibus dum parcitur ab hoste, spatium transeundi habuerunt Lacedaemonii. 220

3 Idem, tenentibus angustias Thebanis per quas transeundum habebat, flexit iter, quasi Thebas contenderet. exterritis Thebanis digressisque ad tutanda moenia repetitum iter quo destinauerat emensus est, nullo obsistente.

4 Nicostratus dux Aetolorum aduersus Epirotas, cum ei aditus in fines eorum angusti fierent, per alterum locum inrupturum se ostendens, omni illa ad prohibendum occurrente Epirotarum multitudine, reliquit suos paucos qui speciem remanentis exercitus praeberent, ipse cum cetera manu quo non exspectabatur aditu intrauit. 225

5 Autophradates Perses, cum in Pisidiam exercitum duceret et angustias quasdam Pisidae occuparent, simulata uexatione traiciendi instituit reducere. quod cum Pisidae credidissent, ille nocte ualidissimam manum ad eundem locum occupandum praemisit, ac postero die totum traiecit exercitum. 230

6 Philippus Macedonum rex Graeciam petens, cum Thermopylas occupatas audiret et ad eum legati Aetolorum uenissent acturi de pace, retentis eis ipse magnis itineribus ad angustias pertendit, securisque custodibus et legatorum reditus exspectantibus inopinatus Thermopylas traiecit. 235

7 Iphicrates dux Atheniensium aduersus Anaxibium Lacedaemonium in Hellesponto circa Abydon, cum transducendum exercitum haberet per loca quae stationibus hostium tenebantur, alterum autem latus eius transitus abscisi montes premerent, alterum mare allueret; aliquamdiu moratus, cum incidisset frigidior solito dies et ob hoc nemini suspectus, delegit firmissimos quosque, quibus oleo et mero calefactis praecepit, ipsam oram maris legerent, abruptiora tranarent; atque ita custodes angustiarum inopinatos oppressit a tergo. 240 245

8 Cn. Pompeius, cum flumen transire propter oppositum hostium exercitum non posset, assidue producere et reducere in castra instituit; deinde, in eam

§3 a. 394 uel 377 aC: Polyaen. 2.1.12,24; Xen. Hell. 5.4.49sq. || §4 a. incert. aC || §5 a. 359–330 aC: Polyaen. 7.27.1 || §6 a. 210 aC || §7 a. 389/8 aC: Polyaen. 3.9.33 || §8 simile quid apud Xenophontem, Hell. 2.1.21

220 applicuit **δ** || **222** transire habebat ζ, transire auebat ς || **224** quo] quod *uulgo* || **228** quo *Heins*: qua **h**^{2*}**β** || **229** aditu **H**: aditum **β** || **231** pisid(a)e **β**: [pi]si[di] (*ex* du)ae **H** – **h**^{2*} || **234** *sqq. exemplum 6 descripserunt exc. Par.* || **234** Graeciam ς: graecias **Hβ**: *cf. Charis. 32.4 K.* || **237** inopinatus **β**: inopinatas **H** || **241** allueret **h**^{2*}**W**: ablueret **H**^{ac}**Pδ** || **243** praecepit ut **ol** | horam **H** || **244** abruptiora **β**: abruptiore **H** | inopinatos **H**: inop(p)inatus **β** || **246** propter *om.* **H** || **247** assidu[a]e **H** – **h**^{2} || **247** *sq.* eam tandem *Bouhier*: eandem **Hβ** (aeandem **P**): eam **T**ς: eam demum *Gundermann*: in eadem persuasione ς

⟨tan⟩dem persuasionem hoste perducto ne ullam uiam ad progressum Romanorum teneret, repente impetu facto transitum rapuit.

250 Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro traici exercitum per fluuium Hydaspen, aduersus aquam adsidue procurrere iussit suos; et ubi eo more exercitationis adsecutus est ⟨ne⟩ qui⟨d⟩ a Poro aduersa ripa caueretur, per superiorem partem subitum transmisit exercitum. 9a

Idem, quia Indi fluminis traiectu prohibebatur ab hoste, diuersis locis in 255 flumen equites instituit inmittere et transitum minari; cumque exspectatione barbaros intentos teneret, insulam paulo remotiorem primum exiguo, deinde maiore praesidio occupauit atque inde in ulteriorem ripam transmisit. ad quam manum opprimendam cum uniuersi se hostes effudissent, ipse libero uado transgressus omnes copias coniunxit. 9b

260 Xenophon, ulteriorem ripam Armeniis tenentibus, duos iussit quaeri aditus; et cum a ⟨uado⟩ inferiore repulsus esset, transiit ad superius. inde quoque prohibitus hostium occursu repetit uadum inferius, iussa quidem militum parte subsistere, [et] quae, cum Armenii ad inferioris uadi tutelam redissent, per superius transgrederentur. Armenii, credentes decursuros om- 265 nes, decepti sunt a remanentibus: hi cum resistente nullo uadum superassent, transeuntium suorum fuere propugnatores. 10

P. Claudius consul primo bello Punico cum a Regio Messanam traicere militem nequiret, custodientibus fretum Poenis, sparsit rumorem quasi bellum iniussu populi inceptum gerere non posset, classemque in Italiam uersus 270 se agere simulauit. digressis deinde Poenis, qui profectioni eius habuerant fidem, circumactas naues appulit Siciliae. 11

Lacedaemoniorum duces, cum Syracusas nauigare destinassent et Poenorum dispositam per litus classem timerent, decem Punicas naues, quas captiuas habebant, ueluti uictrices primas iusserunt agi, aut a latere iunctis aut 275 puppe religatis ⟨suis⟩; qua specie deceptis Poenis transierunt. 12

§9a–b: a. 326 aC: Polyaen. 4.3.9; Arrian. 5.9.15; Plut. Alex. 60; Q. Curt. 8.13 || **§10** a. 401 aC: Xen. anab. 4.3.20 sq.; Polyaen. 1.49.4 || **§11** a. 264 aC: Polyb. 1.11.9; aliter Zonar. 8.8–9 || **§12** a. 397 aC: Polyaen. 2.11

248 *sq.* uiam … teneret] uim … timeret *Lips* || **251** a[s]sidu[a]e **H** – **h**^{2*} || **252** ne quid a *Gundermann*: quia **Hβ**: qui a *Oudendorp*: ut a **T** || **253** per *omisisse uidetur* **γ**: *deest in* **P**, in **W** (per **w**^{2sl}) || **255** flumen *Hartel*: flumine *codd.* || **260** armoeni- **H** *constanter* || **261** uado *suppl. Oudendorp* | inferiore *Eussner*: citeriore *codd.* | superius **Hς**: *duplex lectio in* **β**, *testantibus* superiorius **PK**, superi[or]us **O**, superius **WL**: superiorem **T**, *uulgo* || **262** *sq.* iussa quidem m. parte *Oudendorp*: iussaque (-que *del.* **o**, *om.* **T**) ibidem m. parte **β**: iussu parte **H** || **263** et quae **H**, *unde* et *detraxit Oudendorp*: ex qua **β** || **267** P.] Appius *Oudendorp* | messana **h**^{2}**T** | traiecere **H**^{ac2} || **270** profectioni **β**: profectione **H** || **273** per litus *Casaubon*: penitus *codd.* || **275** suis *suppl. ten Nuyl,* aliis *suppl.* **ς**, *uulgo* | speci[a]e **H** – **h**^{2}

13a Philippus, cum angustias maris quae *Στενὰ* appellantur transnauigare propter Atheniensium classem, quae opportunitatem loci custodiebat, non posset, scripsit Antipatro Thraciam rebellare, praesidiis quae ibi reliquerat interceptis: sequeretur omnibus omissis. quae ut epistolae interciperentur ab hoste curauit. Athenienses, arcana Macedonum excepisse uisi, classem ab- 280 duxerunt: Philippus nullo prohibente angustias freti liberauit.

13b Idem, quia Cherronessum, quae iuris Atheniensium erat, occupare prohibebatur, tenentibus transitum non Byzantiorum tantum sed Rhodiorum quoque et Chiorum nauibus, conciliauit animos eorum reddendo naues quas ceperat, quasi sequestres futuros ordinandae pacis inter se atque Byzantios, qui 285 causa belli erant; tractaque per magnum tempus postulatione, cum de industria subinde aliquid in condicionibus retexeret, classem per id tempus praeparauit eaque in angustias freti inparato hoste subitus euasit.

14 Chabrias Atheniensis, cum adire portum Samiorum obstante nauali hostium praesidio non posset, paucas e suis nauibus praeter portum missas ius- 290 sit transire, arbitratus qui in statione erant persecuturos; hisque per hoc consilium auocatis, nullo obstante portum cum reliqua adeptus est classe.

V De euadendo ex locis difficillimis

1 Q. Sertorius in Hispania, cum a tergo instante hoste flumen traicere haberet, uallum in ripa eius in modum cauae lunae diduxit et oneratum materiis 295 incendit; atque ita exclusis hostibus flumen libere transgressus est.

2 Similiter Pelopidas Thebanus bello Thessalico transitum quaesiuit: namque castris ampliorem locum supra ripam complexus, uallum ceruolis et alio materiae genere constructum incendit; dumque ignibus submouentur hostes, ipse fluuium superauit. 300

3 Q. Lutatius Catulus, cum a Cimbris pulsus unam spem salutis haberet, si flumen liberasset cuius ripam hostes tenebant, in proximo monte copias

§ 13a a. 340/339 aC; aliter Polyaen. 4.2.8 || § 13b a. 339 aC: Iustin. 9.1.7; aliter Polyaen. 4.2.21 || § 14 a. 388 aC: Polyaen. 3.11.10,12 || § 1 a. 80–72 aC || § 2 a. 369–364 aC: Polyaen. 2.4.2 || § 3 a. 102 aC: Liu. perioch. 68; Plut. Mar. 23

276 *Στενὰ Gundermann*: ciena **Hβ**: Cyaneae *uulgo*: Abydenae *Oudendorp* | transnauigore $\mathbf{H}^{ac2}$ || 279 sequeretur **H**: ut sequeretur **β** | ut *post* epistulae *trsp.* **oTς**, *uulgo* || 282 prohibebatur **L** *felici errore*: prohiberetur **Hβ** || 283 byzantiorum **oTς**: bizantium **Hβ** || 291 iisque ζ, *uulgo* || 293 ex] de **Hς** || 294 *sqq. exemplum 1 sine titulo descripsit* **C** || 294 haberet *codd.*: haueret *Hartel*: necesse haberet *Oudendorp*: traiciendum haberet *aut* necesse haberet traicere *coni. Gundermann* || 297 bell[o] **H** – $\mathbf{h}^{2*}$(*2 litt.*) || 298 ceruulis $\mathbf{h}^{2}$**T**

ostendit, tamquam ibi castra positurus: ac praecepit suis ne sarcinas soluerent aut onera deponerent, ne⟨ue⟩ quis ab ordinibus signisque discederet. et
305 quo magis persuasionem hostium confirmaret, pauca tabernacula in conspectu erigi iussit ignesque fieri, et quosdam uallum struere, quosdam in lignationem, ut conspicerentur, exire. quod Cimbri uere agi existimantes et ipsi castris delegerunt locum, dispersique in proximos agros ad conparanda ea quae mansuris necessaria sunt, occasionem dederunt Catulo non solum
310 flumen traiciendi sed etiam castra eorum infestandi.

Croesus, cum Halyn uado transire non posset neque nauium aut pontis faciendi copiam haberet, fossa superiore parte post castra deducta alueum fluminis a tergo exercitus sui reddidit. 4

Cn. Pompeius Brundisii, cum excedere[t] Italia et transferre bellum propo- 5
315 suisset, instante a tergo Caesare conscensurus classem quasdam obstruxit uias, alias parietibus intersaepsit, alias intercidit fossis easque sudibus erectis praeclusas operuit cratibus, humo adgesta; quosdam aditus, qui ad portum ferebant, trabibus transmissis et in densum ordinem structis, ingenti mole tutatus. quibus perpetratis ad speciem retinendae urbis raros pro moe-
320 nibus sagittarios reliquit, ceteras copias sine tumultu ad naues deduxit; nauigantem eum mox sagittarii quoque per itinera nota degressi paruis nauigiis consecuti sunt.

C. Duellius consul, in portu Syracusano quem temere intrauerat obiecta 6 ad ingressum catena clausus, uniuersos in puppem rettulit milites, atque ita
325 resupina nauigia magna remigantium ui concitauit. leuatae prorae super catenam processerunt; qua parte superata transgressi rursus milites proras presserunt, in quas uersum pondus decursum super catenam dedit nauibus.

Lysander Lacedaemonius, cum in portu Atheniensium cum tota classe ob- 7 sideretur, obrutis hostium nauibus ab ea parte qua faucibus angustissimis in-
330 fluit mare, milites suos clam in litus egredi iussit et subiectis rotis naues ad proximum portum Munychiam traiecit.

Hirtuleius legatus Q. Sertorii, cum in Hispania inter duos montes abruptos 8

§4 a.546 aC: Herodot. 1.75 || §5 a.49 aC: Caes. b.c.1.27–28; Plut. Pomp.62, Caes.35; Flor. 4.2.20 || §6 a.260 aC; aliter Zonar. 8.11,16; Polyb. 1.24 || §7 a.404 aC || §8 a.79–75 aC

303 ibi ς, *editores*: in **H**β, *del.* **o**, *om.* **T**ς || 304 neue *Bendz*: ne *codd.*: neu *Eussner* || 312 haberet β: habebat **H** | flumini *Hartel* || 314 excedere ς, *editores*: excederet **H**β || 317 praeclusas] '*an* praeacutis? *cf. Caes. b. c. 1.27*' (*Gundermann*) | cratibus **H**: gratibus β (*corr.* **WT**ς) || 319 tutatus ⟨est⟩ ς, *male* || 321 itenera **H**^{ac2} | degressi *Gundermann ex Caesare*: digressi *codd.* | nauigiis] nauus **H**^{ac2} || 323 sy(si-)racusano *codd.*, *cf. Zonar. 8.11*: Segestano *Oudendorp*, *cf. Polyb. 1.24* || 324 clausus β: clusus **H** || 326 processerunt β: proiecerunt **H** | rursus] cursu ς | pr[a]esserunt **H**–**h**^{2} || 331 Munychiam *de Maulde*: mono etiam *codd.* || 332 [Q.] **h**^{2*} (*3 litt.*): *om.* β

longum et angustum iter ingressus paucas duceret cohortes comperissetque ingentem manum hostium aduentare, fossam transuersam inter montes pressit uallumque materia exstructum incendit, atque ita intercluso hoste euadit. 335

9 C. Caesar bello ciuili, cum aduersus Afranium copias educeret et recipiendi se sine periculo facultatem non haberet, sicut constiterat, prima et secunda acie ⟨***, tertia autem acie⟩ furtim a tergo ad opus applicata, quindecim pedum fossam fecit, intra quam sub occasum solis armati se milites eius receperunt. 340

10 Pericles Atheniensis, a Peloponnensiis in eum locum conpulsus qui undique abruptis cinctus duos tantum exitus habebat, ab altera parte fossam ingentis latitudinis duxit uelut hostis excludendi causa, ab altera limitem agere coepit, tamquam per eum erupturus. hi qui obsidebant, cum per fossam quam ipse fecerat exercitum Periclis non crederent euasurum, uniuersi a li- 345 mite obstiterunt: Pericles, pontibus quos praeparauerat fossae iniectis, suos, quis non resistebatur, emisit.

11 Lysimachus, ex his unus in quos opes Alexandri transierunt, cum editum collem castris destinasset, inprudentia autem suorum in inferiorem deductus uereretur ex superiore hostium incursum, triplices fossas intra uallum obie- 350 cit; deinde simplicibus fossis circa omnia tentoria ductis tota castra confodit et, intersaepto hostium aditu, simul humo quoque et frondibus quas fossis superiecerat ⟨***⟩ facto, in superiora euasit.

12 C. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum praedatum profectus ⟨locoque iniquo circumuentus⟩ ab Hasdrubale, ad primos tantum 355 ordines relato consilio, incipiente nocte, quo tempore minime exspectabatur, per stationes hostium perrupit.

13 L. Furius, exercitu perducto in locum iniquum, cum constituisset occul-

§9 a. 49 aC: Caes. b. c. 1.42 || §10 similia 3.9.9. a. 430 aC; aliter Polyaen. 5.10.3 || §11 a. 323–281 aC || §12 = 4.5.8 || §13 = 1.11.1

334 ingentem manum **β**: ingente manu **H** | pressit] depressit *Guyet*: percussit *Stewech*: praeduxit *Wachsmuth* || 335 materia **β**: materiae **H** || 338 ⟨in armis permanente, tertia autem acie⟩ *suppl. Scheel ex Caesare: posterior quidem supplementi pars satis certa* || 343 hostis **β**: hostes **H** | limitem **o**^{ul}, *coni. ten Nuyl*: militem *codd.* || 344 tam(tan-)quam **β**: tantum **H** || 347 quis **H**: qua **β** || 351 simplicibus *Gundermann*: similibus **H**: sublimibus **β** | confodit **ς**: confidit **H**: confudit **β** || 353 facto **h**^{2}**β**: facta **H**^{ac}**o**. *hiat textus.* facto ponte **ς**: ⟨pate⟩facto *Gundermann, quod non procedit*: ⟨fallentibus, eruptione⟩ facta *Bendz, primigeniae codicis* **H** *lectioni plus aequo fretus* || 354 Fonteius **ς**: fronteius **Cβ**: ronteius **H** | C. Fonteius Crassus] T. Fonteius legatus *Oudendorp ex Liuii 25.36* || 355 locoque iniquo circumuentus *suppl.* **T**, *de Maulde ex loco parallelo* | ab Hasdrubale *de Maulde*: ad hasdrubalem *codd.* (ab hannibale **T**) | ad **H**: et ad **β** (*corr.* **T**) || 356 consilio **KTς**: concilio **Hβ** || 357 prorupit **δ**: erupit **ς**, *locus parallelus*

tare sollicitudinem suam ne reliqui trepidarent, paulatim inflectit iter, tam-
360 quam circuitu maiore hostem adgressurus: conuerso agmine ignarum rei
quae agebatur exercitum incolumem reduxit.

14 P. Decius tribunus bello Samnitico Cornelio Cosso consuli, iniquis locis deprehenso ab hostibus, suasit ut ad occupandum collem qui erat in propinquo modicam manum mitteret, seque ducem his qui mittebantur obtulit.
365 auocatus in diuersum hostis dimisit consulem, Decium autem cinxit obseditque. illas quoque angustias noctu eruptione facta cum frustratus esset Decius, incolumis cum militibus consuli accessit.

15 Idem fecit sub Atilio Calatino consule is, cuius uarie traditur nomen: alii Laberium, nonnulli Q. Caedicium, plurimi Calpurnium Flammam uocita-
370 tum scripserunt. is cum demissum in eam uallem uideret exercitum, cuius latera omnia⟨que⟩ superiora hostis insederat, depoposcit et accepit trecentos milites; quos adhortatus ut uirtute sua exercitum seruarent, in mediam uallem decucurrit; et ad opprimendos eos undique descendit hostis, longoque et aspero proelio retentus occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit.

375 16 L. Minucius consul in Liguria, demisso in angustias exercitu, cum iam omnibus obuersaretur Caudinae cladis exemplum, Numidas auxiliares, tam propter ipsorum quam propter equorum deformitatem despiciendos, iussit adequitare faucibus quae tenebantur. primo intenti hostes ne lacesserentur, stationem obiecerunt. de industria Numidae ad augendum sui contemptum
380 labi equis et per ludibrium spectaculo esse adfectauerunt. ad nouitatem rei laxatis ordinibus barbari in spectaculum usque resoluti sunt. quod ubi animaduerterunt Numidae, paulatim succedentes additis calcaribus per intermis-

§ 14 = 4.5.9. a. 343 aC; Liu. 7.34–36; auctor de uir. ill. 26 || § 15 = 4.5.10. a. 258 aC: Liu. 22.60.11, perioch. 17; Flor. 2.2.13; Oros. 4.8.1–3; auctor de uir. ill. 39; Ampel. 20.5; Plin. n. h. 22.11; Zonar. 8.12; aliter Gell. 3.7 ex *originibus* Catonis || § 16 a. 193 aC: Liu. 35.11

359 inflexit **o**ς, *uulgo* | tamquam **β**: tamquam si **H**: tamquam sic *Hartel* || 360 couerso **H**^{ac2} || 362 decius **H**: decimius **β** (*corr.* ς): *infra* decimium (-ius), decimum (-us) *uarie legitur* | tribunus militum *locus parallelus* || 363 ad occupandum **oT**ς, *editores ex loco parallelo*: ad occupatum **Hβ**: occupatum ς || 365 diuersis **γ** || 366 frustratus] eluctatus ς, *locus parallelus* || 368 uari[a]e **H** – **h**^{2} || 369 calpurnium *post* uocitatum **H** | Flammam **T**, *editores ex loco parallelo*: fama *codd.* || 370 is **H**: hic **β** | demissum **T**ς, *locus parallelus*: dimissum **Hβ** || 371 -que *suppl. Oudendorp ex loco parallelo* | depoposcit **β**: deposcit **H** || 373 decucurrit **h**^{2}**β**: decurrit **H**^{ac}ς | et *del. Gundermann, abest a loco parallelo*: cumque **T** || 374 retentus ς, *locus parallelus*: petendos **Hβ** || 375 L. *codd.*: Q. *Oudendorp ex Liuio* | demisso **H**: dimisso **β** (*corr.* **T**) || 376 (omni)bus obuersaretur … cladis *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} | obuersaretur **h**^{2}: aduersaretur **β** | caudinae ς: claudianae **h**^{2}**β** || 379 ⟨dein⟩ de *Stewech* || 380 equis **H**: equos **β** (*corr.* **T**)

sas hostium stationes eruperunt: quorum deinde cum proximos incenderent agros, necesse Liguribus fuit auocari ad defendenda sua inclusosque Romanos emittere. 385

17 L. Sulla, bello sociali apud Aeserniam inter angustias deprehensus ab exercitu hostium cui Duillius praeerat, conloquio petito de condicionibus pacis agitabat sine effectu: hostem tamen propter indutias neglegentia resolutum animaduertens, nocte profectus, relicto bucinatore qui uigilias ad fidem remanentium diuideret et quarta uigilia commissa consequeretur, incolumes suos cum omnibus inpedimentis tormentisque in tuta perduxit. 390

18 Idem aduersus Archelaum praefectum Mithridatis in Cappadocia, iniquitate locorum et multitudine hostium pressus, fecit pacis mentionem; interpositoque tempore etiam indutiarum et per haec auocata intentione aduersarium euasit. 395

19 Hasdrubal frater Hannibalis cum saltum non posset euadere, faucibus eius obsessis, egit cum Claudio Nerone recepitque dimissum Hispania excessurum. cauillatus deinde condicionibus dies aliquot extraxit, quibus omnibus non omisit per angustos tramites et ob id neglectos dimittere per partes exercitum: ipse deinde cum reliquis expeditis facile effugit. 400

20 Spartacus fossam, qua erat a M. Crasso circumdatus, caesis captiuorum pecorumque corporibus noctu repleuit et supergressus est.

21 Idem, in Vesuio obsessus ea parte, qua mons asperrimus erat ideoque incustoditus, ex uimine siluestri catenas conseruit: quibus demissus non solum euasit, uerum etiam ex alio latere Clodium ita terruit ut aliquot cohortes gladiatoribus quattuor et septuaginta cesserint. 405

§17 a.90 aC: Appian. b.c.1.51; Sall. hist.1.42 Mb.; cf. Seru. ad Aen.7.632 || §18 a.92 aC || §19 a.210 aC: Liu.26.17; Zonar. 9.7 || §20 a.71 aC; aliter Plut. Crass.10sq.; Appian. b.c.1.118 || §21 a.73 aC: Plut. Crass.9; Liu. perioch.95; Flor. 3.20.4; Oros. 5.24.1; Sall. hist.3.92 Mb.?

383 proximos **β**: proximis **H** | incenderent *Hartel ex Liuio*: indeṙt **H**: inierunt **β**: inruerent **ς** || 386 *sq.* ab exercitu *de Maulde*: ad exercitum *codd.* || 387 Duillius] Mutilus *Oudendorp ex Vell. 2.16, App. b.c. 1.48.* 'C. Vidacilius (*Oros. 5.18.16,21*) *uel* P. Vettius (*App. loco laudato*) *conicias etiam probabilius*' (*Gundermann*): *hoc tantum probauerim, sed nil mutandum* || 388 agitabat **β**: cogitabat **H** || 391 in tuta **β**: induta **H** || 393 pr[a]essus **H** – **h**[2] || 394 auocata **β**: auocato **H** | aduersariorum *Bendz, importune, quamuis terminationes* -um *et* -orum *commutantur in* **Hβ** *supra 283* || 398 cauillatus *editores*: cauillatos **Hβ**: cauillatis **Tς** || 399 ob id **β**: obiit **H** || 401 spatacus **H** || 402 pecorumque **L**: pecorum quoque **Hβ** || 403 in] cum in **δ** (*corr.* **T**: esset *ante* obsessus *add.* **o**: etiam in **K**) | Vesuio *Oudendorp*: besbio *codd.* (bello **T**): Vesuuio *uulgo* | erat ideoque **β**: erat atque ideoque **H** || 404 uimine] uite *Freinsheim ex Floro et Plutarcho* | demissus **β**: dimissus **HK** || 405 Clodium *de Maulde*: glodium **H**: gladium **β**: gladio **oTς**

Idem, cum ab L. Varinio proconsule praeclusus esset, palis per modica interualla fixis ante portam erecta cadauera, adornata ueste atque armis, alligauit, ut procul intuentibus stationis species esset, ignibus per tota castra factis: imagine uana deluso hoste copias silentio noctis eduxit. 22

410

Brasidas dux Lacedaemoniorum, circa Amphipolim ab Atheniensium multitudine numero inpar deprehensus, claudendum se praestitit, ut per longum coronae ambitum extenuaret hostilem frequentiam; quaque rarissimi obstabant erupit. 23

415 Iphicrates in Thracia, cum depresso loco castra posuisset, explorasset autem ab hoste proximum teneri collem, ex quo unus ad opprimendos ipsos descensus erat, nocte paucis intra castra relictis imperauit multos ignes facerent, eductoque exercitu et disposito circa latera praedictae uiae passus est transire barbaros; locorumque iniquitate in qua ipse fuerat in illos conuersa, parte exercitus terga eorum cecidit, parte castra cepit. 24

420

Darius, ut falleret Scythas discessu, canes atque asinos in castris reliquit; quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit. 25

Eundem errorem obiecturi nostris Ligures per diuersa loca buculos laqueis ad arbores alligauerunt, qui diducti frequentiore mugitu speciem remanentium praebebant hostium. 26

425

Hanno, ab hostibus clausus, locum eruptioni maxime aptum adgestis leuibus materiis incendit: tum hoste ad ceteros exitus custodiendos auocato milites per ipsam flammam eduxit, admonitos ora scutis, crura ueste contegere. 27

Hannibal, ut iniquitatem locorum et inopiam instante Fabio Maximo effugeret, noctu boues, quibus ad cornua fasciculos alligauerat sarmentorum, subiecto igne dimisit; cumque ipso motu adulescente flamma turbaretur pecus, magna discursatione montes in quos actum erat conlustrauit. Romani, qui ad speculandum concurrerant, primo prodigium opinati sunt: dein cum 28

430

§22 a. 73 aC: Sall. hist. 3.96B Mb.; Liuius et Plutarchus ut supra || §23 a. 424 aC: Thuc. 4.102, 106sq., 5.6–11; Polyaen. 1.38.2 || §24 similia 2.12.4. a. 389 aC: Polyaen. 3.9.41,46,50 || §25 a. 513 aC: Herodot. 4.135; Polyaen. 7.11.4 || §26 a. incert. aC || §27 a. incert. aC || §28 a. 217 aC: Liu. 22.16–17; Nep. Hann. 5.2; Polyb. 3.93–94; Plut. Fab. 6; Appian. Hann. 14–15; excerpt. Polyaen. 46.10 W–M

407 ab L.] a P. *Oudendorp ex Liuio et Plutarcho* || 408 erecta **β**: erectam **H** || 409 strationis (-is *ex* -es **h**²) **H** || 417 multos ignes] multo fignes **H**ᵃᶜ² || 418 praedictae **LTς**: praedicta **Hβ** || 420 c[a]ecidit **H** – **h**² | cepit *Cuypers:* fecit *codd.* || 421 Scythas discessu, canes] Scythas, discessu ⟨suo⟩ canes *Bennett* || 423 Ligures] Silures *Dederich* | buculos **ς**: bucabulos **Hβ**: bubalos **Tς**, *uulgo* || 424 diducti *Oudendorp:* deducti *codd.*: edito *Stewech* || 427 tum **oς**: cum **Hβ**: et **T** || 433 deinde **δ** (*dissentiente* **K**)

certa Fabio renuntiassent, ille insidiarum metu suos castris continuit. barbari obsistente nullo profecti sunt. 435

VI De insidiis in itinere factis

1 Fuluius Nobilior, cum ex Samnio in Lucanos exercitum duceret et cognouisset a perfugis hostes nouissimum agmen eius adgressuros, fortissimam legionem primo ire, ultima sequi iussit inpedimenta. ita factum pro occasione amplexi hostes diripere sarcinas coeperunt: Fuluius legionem, de qua 440 supra dictum est, quinque cohortes in dextram uiae partem direxit, quinque ad sinistram; atque ita praedationi intentos hostes explicato per utraque latera milite clausit ceciditque.

2 Idem, hostibus tergum eius in itinere prementibus, flumine interueniente non ita magno ut transitum prohiberent, moraretur tamen rapiditate, alteram 445 legionem in occulto citra flumen collocauit, ut hostes paucitate contempta audacius sequerentur. quod ubi factum est, legio quae ob hoc disposita erat ex insidiis hostem adgressa uastauit.

3 Iphicrates in Thracia, cum propter condicionem locorum longum agmen deduceret et nuntiatum esset ei hostes summum id adgressuros, cohortes in 450 utraque latera secedere et consistere iussit, ceteros suffugere et iter maturare. transeunte autem toto agmine lectissimos quosque retinuit; et ita passim circa praedam occupatos hostes, iam etiam fatigatos, ipse requietis et ordinatis suis adgressus fudit exuitque praeda.

4 Boii in silua Litana, quam transiturus erat noster exercitus, succiderunt ar- 455 bores ita, ut parte exigua sustentatae starent, donec impellerentur; delituerunt deinde ad extremas ipsi, ingressoque siluam hoste ⟨per⟩ proximas ulteriores inpulerunt. eo modo propagata pariter supra Romanos ruina magnam manum eliserunt.

§1 a. incert. aC || **§2** a. incert. aC || **§3** a. 389 aC: Polyaen. 3.9.49,54 || **§4** a. 216 aC: Liu. 23.24.6–11; Polyb. 3.118.6; Zonar. 9.3

434 ille] ille de **δ** || **435** profecti **β**: proiecti **H** || **436** in *et* factis *om.* **P**, factis *tantum om.* **W** || **439** legionis **Tς** || **444** pr[a]emen⟨tibus⟩ flumine **H**–**h**[2]: prementibus dum flumine **β**. *ut sub* dum *nomen fluminis lateret sibi persuasit Oudendorp* || **446** hostes **β**: hostis **H** || **449** Thracia *Hartel*: t(h)raciam *codd.* || **449** *sq.* ⟨in⟩ longum ... diduceret ... ⟨ob⟩ id *Hartel* || **455** *sqq. primam exempli 4 partem sine titulo excerpsit* **C** || **455** Boii in **β**: Boui in **C**: Boni **H**[ac], Bouini *uoluit* **h**[2] | Litana *editores ex Liuio*: latina **ω** | qua **ς** | succiderant **ς** || **456** ut ex parte **δ** || **456** *sqq.* donec ab insidiatoribus super romanos impellerentur. hinc strages magna facta est **C** || **456** delituerunt **ς**: delituerant **Hβ** || **457** ⟨per⟩ proximas *Gundermann*: proximas ⟨in⟩ *ten Nuyl*: ⟨in⟩ proximas *Oudendorp*: proximus *Goetz*

460 VII Quemadmodum ea quibus defici⟨e⟩mur uideantur non deesse, aut usus eorum expleatur

L. Caecilius Metellus, quia usu nauium quibus elephantos transportaret deficiebatur, iunxit dolia constrauitque tabulatis, ac super ea positos per Siculum fretum transmisit. 1

465 Hannibal, cum in praealti fluminis transitum elephantos non posset conpellere, nec nauium aut materiarum quibus rates construerentur copiam haberet, iussit ferocissimum elephantum sub aure uulnerari et eum qui uulnerasset tranato statim flumine procurrere. elephantus exasperatus ad persequendum doloris sui auctorem tranauit amnem et reliquis idem au-470 dendi fecit exemplum. 2

Carthaginiensium duces instructuri classem, quia sparto deficiebantur, crinibus tonsarum mulierum ad funes efficiendos usi sunt. 3

[Idem Massilienses et Rhodii fecerunt.] 4

M. Antonius, a Mutina profugus, cortices pro scutis militibus suis dedit. 5

475 Spartaco copiisque suis scuta ex uimine fuerunt, quae coriis tegebantur. 6

[Non alienus, ut arbitror, hic locus est referendi factum Alexandri Macedonis illud nobile, qui per deserta Africae itinera grauissima siti cum exercitu adfectus oblatam sibi a milite in galea aquam spectantibus uniuersis effudit, utilior exemplo temperantiae quam si communicare potuisset.] 7

§1 similia 2.5.4. a. 250 aC: Zonar. 8.14 || §2 a. 218 aC: Liu. 21.28.5–12; Polyb. 3.46 || §3 a. 146 aC: Flor. 2.15.10 || §5 a. 43 aC || §6 a. 73 aC: Sall. hist. 3.102–103 Mb. (4.1–2 D); Flor. 3.20.6 || §[7] a. incert. aC: Plut. Alex. 42; Arrian. 6.26.3; paulo aliter Q. Curt. 7.5.9–12; Polyaen. 4.3.25

460 *sqq. totum capitulum cum titulo descripserunt exc. Par.* || 460 deficiemur *Gundermann*: deficimur **H**: deficimus **β** || 461 aut] ut **γKT**, *exc. Par.*: et **ς** || 462 usu **oς**: usus **Hβ** || 463 deficiebat *exc. Par.* | tabulati[s] **H**–**h**[2*] (*2 litt.*): tabulamentis **β** || 465 *sqq. exempla 2,3 titulo* DE EO QVEM AD MODVM EA QV(A)E DEFICIVNT EXPLEANTVR *praefixo descripsit* **C** || 466 construerentur **ς**: consternerentur **H**: continerentur **Cβ**: conficerentur **T**: contexerentur *Oudendorp* || 471 carthagin[i]ensium **H**–**h**[2]: *eadem correctio ubique* || 473 idem ... fecerunt *secl. Woelfflin* || 474 *cf.* q(uo)m(od)o quidam corticibus pro scutis usi sunt *post transcriptum exemplum 3* **C** || 475 spartago **H** || 476 *immo alienissimus. uerba* non alienus ... 479 potuisset *secl. Wachsmuth* || 477 itinera *del. cens. Barth*: itinerans *uel* itinere *temptauit Gundermann* || 479 utiliore **ς** | communicare potuisset] communicare uoluisset **Tς**: communicatum potasset *Schrijver*: communicare potum iussisset *Hartel*

VIII De distringendis hostibus 480

1 Coriolanus, cum ignominiam damnationis suae bello ulcisceretur, populationem patriciorum agrorum inhibuit, deustis uastatisque plebeiorum, ut discordiam moueret qua consensus Romanorum distringeretur.

2 Hannibal Fabium, cui neque uirtute neque artibus bellandi par erat, ut infamia distringeret, agris eius abstinuit, ceteros populatus. contra ille ne su- 485 specta ciuibus fides esset magnitudine animi effecit, publicatis possessionibus suis.

3 Fabius Maximus quinto consul, cum Gallorum et Vmbrorum Etruscorum Samnitium aduersus populum Romanum exercitus coissent, contra quos et ipse trans Appenninum in ⟨Sentin⟩ate castra communiebat, scripsit Fuluio 490 et Postumio, qui in praesidio urbi erant, copias ad Clusium mouerent. quibus adsecutis, ad sua defendenda Etrusci Vmbrique deuerterunt: relictos Samnites Gallosque Fabius et collega Decius adgressi uicerunt.

4 M'. Curius aduersus Sabinos, qui ingenti exercitu conscripto relictis finibus suis nostros occupauerant, occultis itineribus manum misit quae desola- 495 tos agros eorum uicosque per diuersa incendit. Sabini ad arcendam domesticam uastitatem recesserunt: Curio contigit et uacuos infestare hostium fines et exercitum sine proelio auertere sparsumque caedere.

5 T. Didius, paucitate suorum diffidens, cum in aduentum earum legionum quas exspectabat traheret bellum et occurrere eis hostem comperisset, con- 500 tione aduocata aptari iussit milites ad pugnam ac de industria neglegentius custodiri captiuos; ex quibus pauci qui profugerant nuntiauerunt suis pugnam inminere. at illi, ne sub exspectatione proelii diducerent uires, omiserunt occurrere eis quibus insidiabantur: legiones tutissime, nullo excipiente, ad Didium peruenerunt. 505

§1 a. 491 aC: Liu. 2.39.5–8; Dionys. 8.12; Plut. Coriol. 27 || §2 a. 217 aC: Liu. 22.23.1–8; Val. Max. 7.3 ext. 8; Plut. Fab. 7; aliter Polyaen. 1.36.2 || §3 a. 295 aC: Liu. 10.27 || §4 a. 290 aC || §5 a. 98–93 aC

481 *sqq. omisso titulo exempla 1,2 descripserunt exc. Par.* || 483 distringeretur *editores*: distringeret *codd.* || 488 et *om.* **T**, *del. uulgo* || 488 *sq.* etruscorum et samnitium **T**, et etruscorum et samnitium **o**, et tuscorum samnitiumque ς || 490 Appenninum in Sentinate *Oudendorp ex Liuio:* appenninuminate *fere codd.*: Appenninum montem *uulgo* || 491 in *del. cens. Dederich* | ad Clusium *de Maulde ex Liuio*: adsici(-ti-)um *codd.*: ad Asisium *ten Nuyl* || 492 adsecutis] obsecutis *uel* id secutis *Oudendorp* | diuerterunt **T**: descenderunt **ζ** || 494 M'. *Schrijver*: M. *codd.* || 496 incendit **β**: incenderunt **H**: '*an* incenderent*?* (*Gundermann*) || 498 et *om.* **H** || 499 paucitati ς | in aduentum **β**: inadinuentum **H** || 502 profugerant *Oudendorp:* profugerunt *codd.* || 503 at] et *Gundermann* | sub exspectatione *Hartel*: suspectatione **Hβ**: suspicione **ζ**, *uulgo*: exspectatione *Oudendorp* | proelii **ζ**: pr(o)eliis **Hβ** | diducerent ς: deducerent **Hβ** | uires **β**: uiris **H**

Bello Punico quaedam ciuitates quae a Romanis deficere ad Poenos destinauerant, cum obsides dedissent quos recipere antequam desciscerent studebant, simulauerunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent; missosque eos uelut contraria pignora retinuerunt, nec ante reddiderunt quam ipsi reciperarent suos. 6 510

Legati Romanorum, cum missi essent ad Antiochum regem, qui secum Hannibalem uictis iam Carthaginiensibus habebat consiliumque eius aduersus Romanos instruebat, crebris cum Hannibale colloquiis effecerunt ut is regi fieret suspectus; cui gratissimus alioquin et utilis erat propter calliditatem et peritiam bellandi. 7 515

Q. Metellus aduersus Iugurtham bellum gerens missos ad se legatos eius corrupit ut sibi proderent regem. cum et alii uenissent, idem fecit. eodem consilio usus est et aduersus tertios. sed de captiuitate Iugurthae res parum processit: uiuum enim tradi sibi uolebat. plurimum tamen consecutus est: nam cum interceptae fuissent epistolae eius ad regios amicos scriptae, in omnis eos rex animaduertit, spoliatusque consiliis amicos postea parare non potuit. 8 520

C. Caesar, per exceptum quendam aquatorem cum conperisset Afranium Petreiumque castra nocte moturos, ut citra uexationem suorum hostilia impediret consilia, initio statim noctis uasa conclamare milites et praeter aduersariorum castra agi mulos cum fremitu et sono iussit. continuere se quos retentos uolebat, arbitrati castra Caesarem mouere. 9 525

Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum commeatibus Hannibali ueni⟨entia Min⟩ucium Thermum dimisit, ipse subuenturus. 10

Dionysius Syracusanorum tyrannus, cum Afri ingenti multitudine traiecturi essent in Siciliam ad eum oppugnandum, castella pluribus locis commu- 530 11

§6 a. incert. aC || §7 a. 192 aC: Iustin. 31.4.4–10; Nep. Hann. 2; Polyb. 3.11; Liu. 35.14 || §8 a. 108 aC: Sall. Iug. 61,62,70,72 || §9 similia 2.5.38. a. 49 aC: Caes. b.c.1.66 || §10 a. 202 aC: Appian. Pun. 36 || §11 a. 396 aC: Polyaen. 5.2.9

506 Bello – 510 suos *del. cens. Wachsmuth* || 506 destinauerant ς: destinauerunt **Hβ** || 508 simulauerunt **β**: simulauerat **H**^ac^, -ant **h**^2^ || 510 reciperarent **H**: recuperarent **β** || 511 cum missi essent ς: cum misissent **β**: cum issent **H**: cum uenissent **T** || 514 alioquin **β**: alloquio **H** || *uerba* 516 Q. Metellus – 517 regem *praefixo capituli titulo* (*ubi* destringendis) *excerpsit* **C** || 520 interceptae] incoeptae **H**^ac2^ || 525 consilia **β**: cum consilio **H** | conclamare milites] conclamari *Daniel Voss* || 526 sonum **γKς** | continuere **H**^ac^: continuare **h**^2^**β** | se *om.* **β** | quos **β**: equos **H** || 527 arbitrati **H**: arbitrari **β** | Caesarem **H**: a c(a)esare **β**: ad caesarem **oKς** || 528 Hannibali *Gronow*: hannibale **Hβ**: ad hannibalem **T**: hannibalis **oς** || 529 *sq.* uenientia Minucium *Gronow* (uenientia *iam* **T**): uentiti(-ci-)um **Hβ**: uenientia (*uel* uentura) M. *Oudendorp* || 531 communiit **β**: communuit **H**^ac^, communiuit *uoluit* **h**^2^

niit custodibusque praecepit ut ea aduenienti hosti dederent, dimissique Syracusas occulte redirent. Afris necesse fuit capta castella praesidio obtinere: quos Dionysius redactos ad quam uoluerat paucitatem paene iam par numero adgressus uicit, cum suos contraxisset et aduersarios sparsisset. 535

12 Agesilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tissaphernae, Cariam se petere simulauit, quasi aptius locis montuosis aduersus hostem equitatu praeualentem pugnaturus. per hanc consilii ostentationem auocato in Cariam Tissapherne, ipse Lydiam, ubi caput hostium regni erat, inrupit, oppressisque qui illic agebant, pecunia regia potitus est. 540

IX De seditione militum compescenda

1 Aulus Manlius consul, cum comperisset coniurasse milites in hibernis Campaniae ut iugulatis hospitibus ipsi res inuaderent eorum, rumorem sparsit eodem loco hibernaturos: atque ita ⟨dilato⟩ coniuratorum consilio Campaniam periculo liberauit et ex occasione nocentes puniit. 545

2 L. Sulla, cum legiones ciuium Romanorum perniciosa seditione furerent, consilio restituit sanitatem efferatis. propere enim adnuntiari iussit hostem adesse, et ad arma uocantium clamorem tolli, signa canere. discussa seditio est uniuersis aduersus hostem consentientibus.

3 Cn. Pompeius, trucidato ab exercitu Mediolani senatu, ne tumultum 550 moueret si solos euocasset nocentes, mixtos eis qui extra delictum erant uenire iussit. ita et noxii minore cum metu, qui non segregati ideoque non ex causa culpae uidebantur arcessiri, paruerunt, et illi quibus integra erat conscientia custodiendis quoque nocentibus attenderunt, ne illorum fuga inquinarentur. 555

§12 a. 395 aC: Nep. Ages. 3; Xen. Hell. 3.4.20 sq.; Plut. Ages. 9–10; Polyaen. 2.1.9 || §1 de C. Murcio L. f. Rutilo (cos. aa. 357,352,344,342 aC) haec tradit Liu. 7.38–39 || §2 a. incert. aC || §3 a. incert. aC

533 obtinere *Heins*: ibi tenere **Hβ**: ibi tenerent **ς** || 536 ti(thi-)ssaphern(a)e **Hβ**: tissapherni **T** *uulgo*, thissaphernei **K** || 536 *sq.* se petere **β**: repetere **H** || 537 equitatum **H** || 539 Lydiam ubi caput *om.* **H**, *non suppl.* **h**[2] || 542 Manlius **KTς**, *editores*: malius **H**[pc] (malus *a. c.*) **C**: mallius **β**: C. Marcius *Stewech ex Liuio* || 543 sparsit **H**: spargit **β** || 544 eodem loco] eodem dein loco *Oudendorp:* eodem denuo loco *Hartel*: iterum eodem loco *Hirschfeld* | dilato *suppl. Gundermann ex Liuio*: conturbato *ibidem suppl. Hartel*: turbato *post* consilio *suppl. uulgo* || 550 trucidato] trudato **H**[ac2] || 552 minore **β**: ut minore **H** || 553 arcessiri **H**: accessiri **β** (*corr.* **oL**): accersiri **Kς** | quibus] quin **H**[ac2] | erat **β**: uera **H**

C. Caesar, cum quaedam legiones eius seditionem mouissent, adeo ut in 4
perniciem quoque ducis uiderentur consurrecturae, dissimulato metu processit ad milites, postulantibusque missionem ultro minaci uultu dedit. exauctoratos paenitentia coegit satisfacere imperatori obsequentioresque in reliqua
560 opera se dare.

X Quemadmodum intempestiua postulatio pugnae inhibeatur

Q. Sertorius, quod experimento didicerat inparem se uniuerso Romano- 1
rum exercitui, ut barbaros quoque inconsulte pugnam exposcentes doceret, adductis in conspectu duobus equis, praeualido alteri, alteri admodum exili
565 duos admouit iuuenes similiter adfectos, robustum et gracilem, ac robustiori imperauit equo exili uniuersam caudam abrumpere, gracili autem ualentiorem per singulos ⟨pilos⟩ uellere. cumque gracilis fecisset quod imperatum erat, ualidus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur, 'naturam' inquit Sertorius 'Romanarum cohortium per hoc uobis exemplum ostendi, milites.
570 insuperabiles sunt uniuersas adgredienti: easdem lacerabit et carpet, qui per partes attemptauerit.'

Idem, cum uideret suos pugnae signum inconsulte flagitantes crederetque 2
rupturos imperium, nisi congrederentur, permisit turmae equitum ad lacessendos hostes ire, laborantique submisit alias, et sic recepit omnes, tuti⟨u⟩s-
575 que et sine noxa ostendit quis exitus flagitatam pugnam mansisset. obsequentissimis inde eis usus est.

Agesilaus Lacedaemonius, cum aduersus Thebanos castra super ripam po- 3
suisset multoque maiorem hostium manum esse intellegeret et ideo suos arcere a cupiditate decernendi uellet, dixit responso deum se ex collibus pu-

§4 a.47 aC: Suet. Caes.70; Plut. Caes.51; Polyaen. 8.23.15; Appian. b.c.2.92sq.; Dio 42.52sq. || §1 = 4.7.6. a.80–72 aC: Val.Max. 7.3.6; Plut. Sert.16; Hor. epist. 2.1.45sq.; Plin. ep.3.9.11 || §2 a.80–72 aC: Plut. Sert.16 || §3 a.369 aC: Polyaen. 2.1.27; Diodor. 15.65.2

557 dissimulatio **γ** || 558 et *ante* exauctoratos *add.* **oT** || 559 reliquum **γKς** || 560 se dare *Gundermann*: sedere **Hβ**: se dedere *Hartel* | in reliquum operas edere **Tς**, *uulgo* || 561 *sqq. titulum et exemplum 1 descripserunt exc.Par.* || 564 alteri[2] *om.* **β**: *hoc uel* uni *ante* praeualido *suppl.* **ς** || 565 adfectos] electos *locus parallelus* || 566 ualentioris *Oudendorp ex loco parallelo* || 567 singulos **H**: singula **β** | pilos *suppl. editores ex loco parallelo* | gracilis fecisset **β**: gracilis uicisset **H**: gracili successisset *Hartel ex loco parallelo* || 568 infirmi **β**: infirmis **H**: infirmioris *Hartel* || 570 adgredienti **H**: ad(ag-)gredientibus **β** || 572 inconsult[a]e **H** – **h**[2] || 574 tutiusque *Goetz*: tutisque **Hβ**: tutisque utrisque **ζ**: tum utrisque *Oudendorp*: tuto eisque *Hartel* || 578 maiorem **β**: maiore in **H** || 579 responso **β**: responsum **H**

gnare iussum, et ita exiguo praesidio ad ripam posito accessit in colles. quod 580
Thebani pro metu interpretati transierunt flumen et, cum facile depulissent praesidium, ceteros insecuti auidius iniquitate locorum a paucioribus uicti sunt.

4 Scorylo dux Dacorum, cum sciret dissociatum armis ciuilibus populum Romanum, neque tamen sibi temptandum arbitraretur, quia externo bello 585
posset concordia inter ciues coalescere, duos canes in conspectu popularium conmisit, iisque acerrime inter ipsos pugnantibus lupum ostendit, quem protinus canes omissa inter se ira adgressi sunt: quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu Romanis profuturo.

XI Quemadmodum incitandus sit ad proelium exercitus 590

1 M. Fabius et Cn. Manlius consules aduersus Etruscos, propter seditiones detractante proelium exercitu, ultro simulauerunt cunctationem donec milites probris hostium coacti pugnam deposcerent iurarentque se ex ea uictores redituros.

2 Fuluius Nobilior, cum aduersus Samnitium numerosum exercitum et suc- 595
cessibus tumidum paruis copiis necesse haberet decertare, simulauit unam legionem hostium corruptam a se ad proditionem, imperauitque ad eius rei fidem tribunis et primis ordinibus et centurionibus quantum quisque numeratae pecuniae aut auri argentique haberet conferret, ut repraesentari merces proditoribus posset; se autem his qui contulissent pollicitus est consummata 600
uictoria ampla insuper praemia daturum. quae persuasio Romanis alacritatem attulit et fiduciam; unde etiam praeclara uictoria commisso statim bello parata est.

3 C. Caesar aduersus Germanos et Ariouistum pugnaturus, confusis suorum animis, pro contione dixit nullius se eo die opera nisi decimae legionis usu- 605

§4 a. incert. || **§1** a. 480 aC: Liu. 2.43.11–45; Dionys. 9.7–10 || **§2** a. incert. aC || **§3** = 4.5.11. a. 58 aC: Caes. b. G. 1.40.14–41

584 *sqq. exemplum 4 titulo cap. ix* (De seditione *e. q. s.*) *praefixo descripsit* **C**, *omisit* **K** || 585 sibi **oς**: ibi ω: *om.* **OTς** || 586 inter **Tς**: in ω || 587 iisque **β**: usque **H**: hisque **C** | a[c]cerrimae **H** – **h**^{2} || 591 Manlius **Kς**, *editores ex Liuio*: mallius **Hβ** | consules **Tς**, *editores:* co(ñ)s̄ **β**: consul **H** || 592 detractante **H**: detrectante **β** (*corr.* **ζ**) | simulauerunt *editores:* simulauit *codd.* || 596 tumidum **β**: timidum **H** || 597 a se corruptam **δ** | ad eius **β**: eius ad eius **H** || 600 iis **Pδ** || 603 parata **H**^{ac} *rectissime*: patrata **h**^{2}**β**: peracta **ζ**: parta *Oudendorp* || 604 Ariouistum *editores*: ariouixtum **Hβ** || 605 contione] contentione **γ**

rum: quo consecutus est ut decimani tamquam praecipuae fortitudinis testimonio concitarentur et ceteri pudore, ne penes alios gloria uirtutis esset.

4 Q. Fabius, quia egregie sciebat et Romanos eius esse libertatis quae contumelia exasperaretur et a Poenis nihil iustum aut moderatum exspectabat, mi- 610 sit legatos Carthaginem de condicionibus pacis; quas cum illi iniquitatis et insolentiae plenas retulissent, exercitus Romanorum ad pugnandum concitatus est.

5 Agesilaus Lacedaemoniorum dux, cum prope ab Orchomeno socia ciuitate castra haberet conperissetque plerosque ex militibus pretiosissima rerum de- 615 ponere intra munimenta, praecepit oppidanis ne quid ad exercitum suum pertinens reciperetur, quo ardentius dimicaret miles, qui sciret sibi pro omnibus suis pugnandum.

6 Epaminondas dux Thebanorum aduersus Lacedaemonios dimicaturus, ut non solum uiribus milites sui uerum etiam adfectibus adiuuarentur, pronun- 620 tiauit in contione destinatum Lacedaemoniis, si uictoria potirentur, omnes uirilis sexus interficere, uxoribus autem eorum et liberis in seruitutem abductis Thebas diruere: qua denuntiatione concitati primo impetu Thebani Lacedaemonios expugnauerunt.

7 Leotychidas dux Lacedaemoniorum, classe pugnaturus eodem die quo ui- 625 cerant socii, quamuis ignarus actae rei uulgauit nuntiatam sibi uictoriam partium, quo constantiores ad pugnam milites haberet.

8 Aulus Postumius proelio quo cum Latinis conflixit, oblata specie duorum in equis iuuenum animos suorum erexit, Pollucem et Castorem adesse dicens; ac sic proelium restituit.

9 630 Archidamus Lacedaemonius aduersus Arcades bellum gerens arma in ca-

§4 217–203 aC ‖ §5 a. incert. aC: Polyaen. 2.1.18 ‖ §6 a. 371 aC ‖ §7 a. 479 aC: Polyaen. 1.33; Diodor. 11.34–35; aliter Herodot. 9.100–101; Plut. Aem. 25; Iustin. 2.14 ‖ §8 a. 496 aC: Val. Max. 1.8.1; Cic. n. d. 2.2.6, 3.5.11; Flor. 1.11.4; Lactant. inst. 2.7.9; Dionys. 6.13; Plut. Coriol. 3 ‖ §9 a. 467 aC: Polyaen. 1.41.1

607 concitarentur *Dederich e loco parallelo*: cogerentur **H** β | ca&eri **H**: *alibi* c&eri *legitur, caudula ab* **h**² *addita* ‖ 608 quia **H**: qui β ‖ 609 exasperatur γ ‖ 613 *sqq. exemplum 5 sub initio contractum* (Agesilaus L. d. cum conperisset plerosque *e. q. s.*) *praefixo capituli titulo* (*ubi* est *pro* sit) *descripsit* **C** ‖ 619 affectibus β: adiectibus **H** ‖ 620 contione β: condicione **H** | poterentur **H**^{ac2} ‖ 624 Leotychidas *Casaubon ex Polyaeno*: Leutychidas *Schrijver*: euthy(-thi-, -ti-)das *codd.* | classe pugnaturus eodem die quo uicerant *Oudendorp*: pugnaturus eodem die quo classem uicerant *codd.*: *etiam de* classem *eiciendo cogitauit Oudendorp* ‖ 627 *sqq. exemplum 8 descripsit* **C** ‖ 627 Aulus ς (Aulius **T**): Iulius ω ‖ 628 et Castorem *om.* β (*suppl.* **o**) ‖ 630 arcades **H**: arc(h)adas β ‖ 630 *sq.* arma …ea *codd.*: aram … eam *Casaubon*: aram et arma *Oudendorp, cf. Polyaen. 1.41.1.*

stris statuit et circa ea duci equos noctu clam imperauit: quorum uestigia mane tamquam Castor et Pollux perequitassent ostendens, adfuturos eosdem ipsis proeliantibus persuasit.

10 Pericles dux Atheniensium initurus proelium, cum animaduertisset lucum ex quo utraque acies conspici poterat, densissimae opacitatis, uastum alio- 635 quin et Diti patri sacrum, ingentis illic staturae hominem, altissimis coturnis et ueste purpurea ⟨ac⟩ coma uenerabilem, in curru candidorum equorum sublimem constituit, qui dato signo pugnae proueheretur et uoce Periclem nomine appellans cohortaretur eum, diceretque deos Atheniensibus adesse: quo paene ante coniectum teli hostes terga uerterunt. 640

11 L. Sulla, quo paratiorem militem ad pugnandum haberet, praedici sibi a diis futura simulauit; postremo etiam in conspectu exercitus, priusquam in aciem descenderet, signum modicae amplitudinis quod Delphis sustulerat orabat, petebatque promissam uictoriam maturaret.

12 [C. Marius sagam quandam ex Syria habuit, a qua se dimicationum euen- 645 tus praediscere simulabat.]

13 Q. Sertorius, cum barbaro et rationis indocili milite uteretur, ceruam candidam insignis formae per Lusitaniam ducebat, et ab ea se quae agenda aut uitanda essent praenoscere adseuerabat, ut barbari ad omnia tamquam diuinitus imperata oboedirent. 650

[Hoc genere strategematon non tantum ea parte utendum est qua inperitos existimabimus esse, apud quos his utemur, sed multo magis ea qua talia erunt quae excogitabuntur ut a diis monstrata credantur.]

14 Alexander Macedo sacrificaturus inscripsit medicamento haruspicis manum quam ille extis erat suppositurus. litterae significabant uictoriam Alex- 655

§ 10 a. incert. aC || § 11 Val. Max. 1.2.3; Plut. Sulla 29 || § [12] Val. Max. 1.2.3 a; Plut. Mar. 17 || § 13 Val. Max. 1.2.4; Polyaen. 8.22; Plut. Sert. 11,20; Appian. b. c. 1.110; Plin. n. h. 8.117; Gell. 15.22 || § 14 Polyaen. 4.3.14, 4.20: Agesilao tribuit Plutarchus apopth. Lac. Ages. 77

632 perequitassent ε: perequitasset **H**β | adfuturos β: ac futuros **H** || 635 poterat β: poterit **H** || 637 ac *suppl.* ς, ⟨et⟩ *Bendz*: *possis et* purpurea coma⟨que⟩ uenerabilem || 638 '*forte* et ⟨magna⟩ uoce' (*Gundermann*) | periclen γ**L** || 640 paene] perterriti *Oudendorp* || 641 L. Sulla – 644 maturaret *del. cens. Woelfflin* || 642 dis $\mathbf{H}^{ac2}$**PL** || 645 C. Marius – 646 simulabat *secl. Woelfflin* || 645 sagam β: signam $\mathbf{H}^{ac}$ *ut uid.*: sagnam $\mathbf{h}^{2}$: magam ζ || 647 Q. Sertorius – 650 oboedirent *del. cens. Woelfflin* | milite] limite γ || 651 Hoc – 653 credantur *deleuit Stewech* | quam γ || 652 existimabimus β: existimauimus **H** | qua ς: qu(a)e **H**β | qua talia] utilia *Oudendorp* || 653 a diis **Ho*T**: adhis **PLK**: ab his **W**ς: ab iis ς || 655 subpositurus $\mathbf{H}^{ac2}$

andro dari; quas cum iecur calidum rapuisset et a rege militi esset ostensum, auxit animum tamquam deo spondente uictoriam.

Idem fecit ⟨S⟩udines haruspex, proelium Eumene cum Gallis commissuro. 15

Epaminondas Thebanus aduersus Lacedaemonios, fiduciam suorum reli- 16
660 gione adiuuandam ratus, arma, quae ornamentis adfixa in templis erant, nocte subtraxit, persuasitque militibus deos iter suum sequi, ut proeliantibus ipsis adessent.

Agesilaus Lacedaemonius, cum quosdam Persarum cepisset, quorum habi- 17 tus multum terroris praefert quotiens ueste tegitur, nudatos militibus suis
665 ostendit, ut alba corpora et umbratica contemnerentur.

Gelo Syracusarum tyrannus, bello aduersum Poenos suscepto, cum multos 18 cepisset, infirmissimum quemque, praecipue ⟨ex⟩ auxiliaribus, qui nigerrimi erant, nudatum in conspectum suorum produxit, ut persuaderet contemnendos.

670 Cyrus rex Persarum, ut concitaret animos popularium, tota die in exci- 19 denda silua quadam eos fatigauit; deinde postridie praestitit eis liberalissimas epulas, et interrogauit utro magis gauderent. cumque ei praesentia probassent, 'atqui per haec' inquit 'ad illa perueniendum est: nam liberi beatique esse, nisi Medos uiceritis, non potestis'; atque ita eos ad cupiditatem
675 proelii concitauit.

L. Sulla, quia aduersus Archelaum praefectum Mithridatis apud Pir⟨ae⟩ea 20 pigrioribus ad proelium militibus utebatur, opere eos fatigando conpulit ad poscendum ultro pugnae signum.

Fabius Maximus, ueritus ne qua fiducia nauium, ad quas refugium erat, 21
680 minus constanter pugnaret exercitus, incendi eas priusquam iniret proelium iussit.

§15 Polyaen. 4.20 || **§16** a. 371 aC: Polyaen. 2.3.8,12 || **§17** a. 395 aC: Polyaen. 2.1.6; Xen. Hell. 3.4.19; Plut. Agesil. 9, apopth. Lac. Ages. 13; Athen. 12.550e || **§18** a. 480 aC || **§19** a. 558 aC: Iustin. 1.6.4–6; Polyaen. 7.6.7; Herodot. 1.126 || **§20** a. 86 aC || **§21** a. 315 aC: Liu. 9.23

656 *displicet* rapuisset || **658** Idem – commissuro *om.* **K**, *del. cens. Woelfflin* | Sudines *Casaubon, cf. Polyaenum et Strabonis 16.6*: ynides **Hβ** | haruspex **ζ**: auspex **Hβ** || **663** quosdam **β**: quasdam **H** || **664** praefert **β**: profert **H**: *'an* offert*?* (*Gundermann*) || **665** contemnerent *uulgo* || **666** *sqq. exemplum 18 om.* **K** (*casu? nota* contemnerentur… contemnendos) || **666** syracusarum **H**: sy(si-)racusorum **γL**: si(sy-)racusanorum **OTς** || **667** ex *suppl.* **ς**, de *suppl.* **T** || **668** conspectum **H**ac: conspectu **h²*β** || **670** *sqq. exemplum 19 descripsit* **C** || **670** excidenda] excitanda **H** || **672** aepulas **P** || **676** Piraeea *Oudendorp:* pi(-y-)r(-rr-)ea **Hβ** || **679** qua **δ**: qui **Hγ** | ad quas **β**: adaquas **H**

XII De dissoluendo metu quem milites ⟨ex⟩ aduersis conceperint ominibus

1 Scipio, ex Italia in Africam transportato exercitu cum egrediens naue prolapsus esset et ob hoc attonitos milites cerneret, id quod trepidationem affe- 685 rebat constantia et magnitudine animi in hortationem conuertit et 'gaudete', inquit, 'milites, Africam oppressi'.

2 C. Caesar, cum forte conscendens nauem lapsus esset, 'teneo te, terra mater' inquit: qua interpretatione effecit ut repetiturus illas a quibus proficiscebatur terras uideretur. 690

3 T. Sempronius Gracchus consul, acie aduersus Picentes directa, cum subitus terrae motus utrasque partes confudisset, exhortatione confirmauit suos et impulit consternatum superstitione inuaderent hostem, adortusque deuicit.

4 Sertorius, cum equitum scuta extrinsecus equorumque pectora cruenta su- 695 bito prodigio apparuissent, uictoriam portendi interpretatus est, quoniam illae partes solerent hostili cruore respergi.

5 Epaminondas Thebanus contristatis militibus, quod ex hasta eius ornamentum infulae more dependens uentus ablatum in sepulchrum Lacedaemonii cuiusdam depulerat, 'nolite', inquit, 'milites, trepidare: Lacedaemoniis si- 700 gnificatur interitus, sepulchra enim funeribus ornantur'.

6 Idem, cum fax de caelo nocte delapsa eos qui animaduerterunt terruisset, 'lumen' inquit 'hoc numina ostendunt'.

7 Idem, instante aduersus Lacedaemonios pugna, cum sedile in quo resederat succubuisset et id uulgo pro tristi [exciperetur] significatione confusi mi- 705 lites interpretarentur, 'immo' inquit, 'uetamur sedere'.

§1 a. 204 aC || **§2** a. 46 aC: Suet. Caes. 59 || **§3** a. 268 aC: Flor. 1.19; Oros. 4.4.5–7 || **§4** a. 75 aC: Iul. Obseq. 60 || **§5** a. 371 aC: Diodor. 15.52.5 sq. || **§7** a. incert. aC

682 *sqq. totum capitulum cum titulo descripserunt exc. Par.*: *exempla 1, 5, 12 sub titulo* DE DISSOL[L]VENDO METV IN ADVERSIS *excerpsit* **C** || **682** ex *suppl.* **ζ** || **683** ominibus] hominibus **γ** (om- *exc. Par.*) || **684** naui **h**^{2}: e naue **T**: nauem **ζ**, *uulgo* || **686** gaudete *Oudendorp*: audite **ω**: audete *uel* uidete *Schrijver*: plaudite *Wilhelm* || **689** efficit **H**^{ac2} | illas] Italas *Bouhier* || **691** T. Sempronius – **693** deuicit *om.* **K** | T. Sempronius Gracchus (graahus **H**)] P. Sempronius Sophus *Pighi*: Gracchus *del. cens. Oudendorp* | aci[a]e **H**–**h**^{2} || **693** impulit consternatum **H**: impulit ut consternatum **β** | adortusque **ς**: adhortatis **H**^{ac}: adhortatusque **h**^{2}**β** || **699** infolae **HC** | mor[a]e **H**–**h**^{2} || **700** impulerat **T**: detulerat *Oudendorp* || **701** funeribus] muneribus *Bouhier*: ⟨in⟩ funeribus *de Vries* || **702** idem – **712** pertinere *om.* **K** | qui animaduerterunt **h**^{2}: quianonaduerterunt **H**^{ac}: qui aduerterunt **β** || **705** exciperetur, *iam olim deletum in* **O**, *eiecerunt editores* | significatione **h**^{2*}**δ**: significationem **H**^{ac}**γ**, *exc. Par.* | pro tristi exciperetur significatione, et sic confusi **Tς**, *unde* pro t. e. s., ne et sic c. *Oudendorp*

L. Sulpicius Gallus defectum lunae inminentem ne pro ostento exciperent 8
milites, praedixit futurum, additis rationibus causisque defectionis.

Agathocles Syracusanus aduersus Poenos, simili eiusdem sideris deminu- 9
710 tione quia sub diem pugnae ut prodigio milites sui consternati erant, ratione
qua id accideret exposita docuit quidquid illud foret ad rerum naturam, non
ad ipsorum propositum pertinere.

Pericles, cum in castra eius fulmen decidisset terruissetque milites, aduo- 10
cata contione lapidibus in conspectu omnium conlisis ignem excussit, seda-
715 uitque conturbationem, cum docuisset similiter nubium attritu excuti fulmen.

Timotheus Atheniensis aduersus Corcyraeos nauali proelio decertaturus 11
gubernatori suo, qui proficiscenti iam classi signum receptui coeperat dare,
quia ex remigibus quendam sternutantem audierat, 'miraris' inquit 'ex tot
milibus unum perfrixisse?'

720 Chabri⟨a⟩s Atheniensis classe dimicaturus, excusso ante nauem ipsius ful- 12
mine, exterritis per tale prodigium militibus 'nunc' inquit 'potissimum
ineunda pugna est, cum deorum maximus Iuppiter adesse numen suum
classi nostrae ostendit'.

§8 a. 168 aC: Val. Max. 8.11.1; Cic. de sen. 49; Liu. 44.37; Plut. Aem. 17; Plin. n. h. 2.53,83; Quint. 1.10.47 || §9 a. 310 aC: Iustin. 22.6.1–5; Diodor. 20.5.5sq. || §10 a. incert. aC || §11 a. 375 aC: Polyaen. 3.10.2 || §12 a. incert. aC

707 L. *codd.*: C. *Schrijver ex Liuio* || 708 additis **β**: abditis **H** || 709 deminutione **Hγ**, *exc. Par.*: diminutione **δ** || 710 quia **H**^{ac}: qua **h**^{2*}**β** || 711 accideret **WLT**, *exc. Par.*: accederet **HP**: acciderat **Oς**: acciderit **ς** || 716 aduersus cercireos (*sic fere codd., corr. editores*) nauali proelio decertaturus **Hγ**, *exc. Par.*: classe dimicaturus aduersus cecireos **δ**, *cf. 720* || 719 milibus] militibus **γKLς**: hominibus *exc. Par.* | perfrixisse **β**: perfixisse **H** || 720 Chabrias **L**, *editores*: chabris **ω** | nauim **C**, *cf. supra 59* || 722 pugna est] pugna sed **H**: est pugna *exc. Par.* || 723 SEXTI IVLII FRONTINI STRATEGEMATON LIBER .I. EXPLICIT . INCIPIT EIVSDEM LIBER .II.(IIus **W**) FELICITER **γ**: Iulii Frontini Strategematon liber .I. explicit. Incipit .II. **O**: SEXTI HOLII FRONTINI STRATEGEMATORVM liber .i. explicit / Incipit secundus **K**: Explicit liber primus. incipit prologus libri secundi **T**: *deest in* **HL**

LIBER SECVNDVS

Dispositis primo libro exemplis instructuris (ut mea fert opinio) ducem in his quae ante commissum proelium agenda sunt, deinceps reddemus pertinentia ad ea quae in ipso proelio agi solent, et deinde ea quae post proelium.

Eorum quae ad proelia pertinent species sunt:

Eorum deinde quae post proelium agenda sunt has esse species existimauerim:

I De tempore ad pugnam eligendo

1 P. Scipio in Hispania, cum conperisset Hasdrubalem Poenorum ducem ieiuno exercitu mane processisse in aciem, continuit in horam septimam suos, quibus praeceperat ut quiescerent et cibum caperent; cumque hostes inedia, siti, mora sub armis fatigati repetere castra coepissent, subito copias eduxit 25 et commisso proelio uicit.

§1 cf. 2.3.4. a. 206 aC: Polyaen. 8.16.1; Liu. 28.14.6 sq.

1 Dispositis – 4 sunt *om.* **K**, *maiusculis exhibent* **GP** ‖ 2 commissum proelium ζ, *uulgo*: iussum proelium ω: ipsum proelium **L**ς: usum proelii T: initum proelium *Schrijver* ‖ 3 praoelium **H**^{ac2} ‖ 8, 12 aci[a]e **H** – **h**^{2} ‖ 13 Eorum – existimauerim *praetermisit* **L** | estimauerim **OT**: existimauerint **H** ‖ 15 reliquiis **β**: reliquis **H** ‖ 16 cesserit **β**: gesserit **H** | aduersariis **H**^{ac2} ‖ 18 pro **β**: in **H** | castris] castrorum defensione *titulus genuinus cap. xii*: *cf. ad 940 et 952 sq.* ‖ 19 habeamus ς: *sic* γ *in titulo cap. xii* ‖ 21 *sqq. redit* **G**: *exempla 1,2 sub titulo* DE TEMPORE AD PVGNAM *descripsit* **C** ‖ 21 elegendo **H** ‖ 22 P. (p̄ α)] Pre γ ‖ 23 mane **L**ς : sane ω | processisse **h**^{2}**G**β : processit se **H**^{ac}**C** ‖ 24 hostes] hos hostes γ **K**ς ‖ 25 eduxit **T**ς : duxit ω

Metellus Pius in Hispania aduersus Hirtuleium, cum ille oriente protinus 2
die instructam aciem uallo eius admouisset, feruidissimo tunc tempore anni
intra castra continuit suos in horam diei sextam; atque ita fatigatos aestu fa-
30 cile integris et recentibus suorum uiribus uicit.

Idem, iunctis cum Pompeio castris aduersus Sertorium in Hispania, cum 3
saepe instruxisset aciem, hoste qui imparem se duobus credebat pugnam de-
trectante, quodam deinde tempore Sertorianos militis animaduertisset ma-
gno impetu instinctos, deposcentes pugnam umerosque exserentes et lanceas
35 uibrantes, existimauit ardori cedendum in tempore recepitque exercitum, et
Pompeio idem faciendi auctor fuit.

Postumius consul in Sicilia, cum castra eius a Punicis trium milium pas- 4
suum spatio distarent et dictatores Carthaginiensium cotidie ante ipsa muni-
menta Romanorum dirigerent aciem, exigua manu leuibus adsidue proeliis
40 pro uallo resistebat. quam consuetudinem contemnente iam Poeno, reliquis
omnibus per quietem intra uallum praeparatis, ex more pristino cum paucis
sustentauit incursum aduersariorum ac solito diutius detinuit; quibus fatiga-
tis post sextam horam et iam se recipientibus, [et] cum inedia quoque labora-
rent, per recentis suos hostem, quem praedicta profligauerant incommoda,
45 fugauit.

Iphicrates Atheniensis, quia explorauerat eodem adsidue tempore hostes 5
cibum capere, maturius uesci suos iussit et eduxit in aciem, egressumque ho-
stem ita detinuit ut ei neque confligendi neque abeundi daret facultatem. in-
clinato deinde iam die reduxit suos et nihilominus in armis retinuit. fatigati
50 hostes non statione magis quam inedia statim ad curam corporis et cibum
capiendum festinauerunt: Iphicrates rursus eduxit et incompositi hostis ad-
gressus est castra.

Idem, cum aduersus Lacedaemonios pluribus diebus castra comminus ha- 6
beret et utraque pars certis temporibus assidue pabulatum lignatumque pro-
55 cederet, quodam die militum habitu seruos lixasque dimisit ad munera, mili-
tes retinuit: et cum hostes dispersi essent ad similia munera, expugnauit

§2 a. 76 aC: Liu. perioch. 91; Oros. 5.23.10; auctor de uir. ill. 63 || §3 a. 75 aC || §4 a. 262 aC || §5 a. incert. aC: Polyaen. 3.9.53 || §6 a. 393/2 aC: Polyaen. 3.9.52

27 oriente] in oriente **Gδ** (*corr.* **oT**) || 29 intra **GC**: in **Hβ** | facile **Gβ** : faciles **HC** || 34 exserentes **ς**: exercentes **ω** || 35 uibrantis **G** | caedendum **G** || 36 *post* fuit *deficit* **G** || 38 cotidi[a]e **H** – $\mathbf{h}^{2}$ || 39 a$\boxed{s}$sidu[a]e **H** – $\mathbf{h}^{2*}$ || 40 consuetudinem **β**: consuetudine **H** || 41 intra **β**: inter **H** || 43 sextum hora $\mathbf{H}^{ac2}$ | et iam] etiam **γ Kς** | et *del. Gundermann*: cum et *uulgo* | cum inedia] cumaeda $\mathbf{H}^{ac2}$ || 47 egressumque **H**: aggressusque **β** || 48 abeundi **β**: adeundi **H** || 51 ⟨suos⟩ eduxit **T**, *coni. Eussner* | incompositi **β**: in conspectu [c(om)]positi **H** – $\mathbf{h}^{2}$ || 54 a$\boxed{s}$sidu[a]e **H** – $\mathbf{h}^{2*}$ || 55 lixasqu[a]e **H** – $\mathbf{h}^{2}$ || 56 dispersi essent **oKTς** : dispersissent $\mathbf{HWO}^{ac}$: dispersi issent **PL**

castra eorum inermisque cum fasciculis passim ad tumultum recurrentes facile aut occidit aut cepit.

7 Verginius consul in Volscis, cum procurrere hostes effuse ex longinquo uidisset, quiescere suos ac defixa tenere pila iussit; tum anhelantes integris uiribus exercitus sui adgressus auertit. 60

8 Fabius Maximus, non ignarus Gallos et Samnites primo impetu praeualere, suorum autem infatigabiles spiritus inter moras decertandi etiam incalescere, imperauit militibus, contenti primo congressu sustinere hostem mora fatigarent: quod ubi successit, admoto etiam subsidio suis in prima acie, uniuersis uiribus oppressum fudit hostem. 65

9 Philippus ad Chaeroniam, memor sibi esse militem longo usu duratum, Atheniensibus acrem quidem sed inexercitatum et in impetu tantum uiolentum, ex industria proelium traxit; moxque languentibus iam Atheniensibus concitatius intulit signa et ipsos cecidit. 70

10 Lacedaemonii, certiores ab exploratoribus facti Messenios in eam exarsisse rabiem ut in proelium cum coniugibus ac liberis descenderent, pugnam distulerunt.

11 C. Caesar bello ciuili, cum exercitum Afranii et Petrei circumuallatum siti angeret, isque ob hoc exasperatus interfectis omnibus inpedimentis ad pugnam descendisset, continuit suos, arbitratus alienum dimicandi tempus, quod aduersarios ira et desperatio incenderet. 75

12 Cn. Pompeius, fugientem Mithridatem cupiens ad proelium compellere, elegit tempus dimicandi nocturnum, ut abeunti se opponeret; atque ita praeparatus subitam hostibus necessitatem decernendi iniecit. praeterea sic constituit aciem ut Ponticorum quidem oculos aduersa luna praestringeret, suis autem illustrem et conspicuum praeberet hostem. 80

§7 a.494 aC: Liu. 2.30.10sq. || §8 a.295 aC: Liu. 10.28.2–5, 29.5,8–18 || §9 a.338 aC: Polyaen. 4.2.7; Iustin. 9.3.9 || §10 a.incert. aC || §11 a.49 aC: Caes. b.c.1.81–88 || §12 a.66 aC: Liu. perioch. 101; Flor. 3.5.22–24; Eutrop. 6.12; Oros. 6.4.3–7; Plut. Pomp. 32sq.; Dio 36.48–49; aliter Appian. Mithr. 99–100

59 effuse *Gundermann*: effusa **H**: effusos **β** || 60 anhelantes **Tς** : anhelantem **Hβ** || 62 Fabus maxius **H**^{ac2}, *ut aestimes inscitiam eius* || 64 contentis **δ** (*om.* **T**: telis *suppl.* **o**) | sustinere ut hostem **δ** || 65 *sq. dist. Gundermann ex Liuii 10.29.5*: *hypostigme post* suis *uulgo* || 66 aci[a]e **H** – **h**^{2} || 67 *sqq. exemplum 9 om.* **K** || 68 in impetu **OTς** : in impetus **H**: impetus **γ** **L**: impetu *uulgo* || 72 ut in proelium **β**: [ut] (*eraso fortasse* in) proelium **H** – **h**^{2*} || 74 C. *om.* **H** || 77 disperatio **H**^{ac2} | incenderet **H**: incenderat **β** || 79 dimicandi **γ**: dimicationi **H**^{pc}(-ioni **h**^{2*})**oTς** : dimicatione **δ** | abeunti **H**: adeunti **β** (*corr.* **T**) || 80 *sqq. cf.* sed et aduerso hostibus sole uel luna illustres et conspicuos praebet *post transcriptum exemplum 13* **C**

Iugurtham constat, memorem uirtutis Romanorum, semper inclinato die 13
committere proelia solitum, ut, si fugarentur sui, opportunam noctem habe-
85 ret ad delitiscendum.

Lucullus aduersus Mithridatem et Tigranem in Armenia maiore apud Ti- 14
granocertam, cum ipse non amplius quindecim milia armatorum haberet,
hostis autem innumerabilem multitudinem eoque ipso inhabilem, usus hoc
eius incommodo nondum ordinatam hostium aciem inuasit atque ita proti-
90 nus dissipauit ut ipsi quoque reges abiectis insignibus fugerent.

Ti. Nero aduersus Pannonios, cum barbari feroces in aciem oriente statim 15
die processissent, continuit suos passusque est hostem nebula et imbribus,
qui forte illo die crebri erant, uerberari; ac deinde, ubi fessum stando et
pluuia non solum sed et lassitudine deficere animaduertit, signo dato ador-
95 tus superauit.

C. Caesar in Gallia, quia compererat Ariouisto Germanorum regi institu- 16
tum et quasi legem esse non pugnandi decrescente luna, tum potissimum
acie commissa inpeditos religione hostes uicit.

Diuus Augustus Vespasianus Iudaeos Saturni die, quo eis nefas est quic- 17
100 quam seriae rei agere, adortus superauit.

Lysander Lacedaemonius aduersus Athenienses apud Aegospotamos insti- 18
tuit certo tempore infestare naues Atheniensium, dein reuocare classem. ea
re in consuetudinem perducta, cum Athenienses post digressum eius ad con-
trahendas copias dispergerentur, extendit ex consuetudine classem et rece-
105 pit; tum hostium maxima parte ex more dilapsa, reliquos adortus occidit
⟨et⟩ uniuersas naues cepit.

§13 aa. 111–106 aC: Sall. Iug. 98.2 || **§14** a. 69 aC: Oros. 6.3.6–7; Plut. Lucull. 26–28; Appian. Mithr. 84–85 || **§15** aa. 12–10 aC uel 6–9 pC || **§16** a. 58 aC: Caes. b. G. 1.50; Plut. Caes. 19; Polyaen. 8.23.4; Dio 38.48 || **§17** a. 70 pC || **§18** a. 405 aC: Polyaen. 1.45.2; Plut. Lysand. 10–11; Xen. Hell. 2.1.21–28; Iustin. 5.6.9–10

83 iurgurtham **H** || **84** oportuna nocte **H**^{ac2} || **86** trigranem **δ** (*corr.* **T**ς), thigranem **γ**: *peccauerat* **β** || **88** hostis ς: hostes **Hβ** || **91** Ti. *editores:* T. *codd.* | oriente **β**: orienti **H** || **92** di[a]e, passusqu[a]e **H** – **h**^{2} || **92** *sqq. cf.* Jte(m). frigore nebula imbribusque super hostes incumbentibus abstinendum congressu usque quo nimia lassitudine deficiant *post* praebet (*supra ad 80–82*) **C** || **94** sed et *om.* **H** || **96** C. *om.* **H** || **97** esse] esse militibus **ζ** || **99** *sq. exemplum 17 descripserunt* **C** *et exc. Par.* || **99** uespasionus **H** | di[a]e **H** – **h**^{2} || **100** rei] regi **γ** (*corr.* **p**), *exc. Par.* || **101** *sqq. exemplum 18 om.* **K** || **101** Aegospotamos ς: aegeo potamus **H**: egeo potamos **β** || **102** infestare **H**: infestari **β** || **103** consuetudine **H**^{ac2} || **105** delapsa **δ** || **106** et *suppl.* ς

II De loco ad pugnam eligendo

1 M'. Curius, quia phalangi regis Pyrrhi explicitae resisti non posse animaduertebat, dedit operam ut in angustiis confligeret, ubi conferta sibi ipsa esset inpedimento. 110

2 Cn. Pompeius in Cappadocia elegit castris locum editum; unde adiuuante procliui impetum militum facile ipso decursu Mithridatem superauit.

3 C. Caesar aduersus Pharnacem Mithridatis filium dimicaturus in colle instruxit aciem; quae res expeditam ei uictoriam fecit, nam pila ex edito in subeuntis barbaros emissa protinus eos auerterunt. 115

4 Lucullus aduersus Mithridatem et Tigranem in Armenia maiore apud Tigranocertam dimicaturus, collis proximi planum uerticem raptim cum parte copiarum adeptus, in subiectos hostes decucurrit et equitatum eorum a latere inuasit; auersumque et eorundem pariter pedites proturbantem insecutus clarissimam uictoriam retulit. 120

5 Ventidius aduersus Parthos non ante militem eduxit quam illi quingentis non amplius passibus abessent, atque ita procursione subita adeo se admouit ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, comminus adplicitus eluderet: quo consilio, quia quandam etiam fiduciae speciem ostentauerat, celeriter barbaros debellauit. 125

6 Hannibal apud Numistronem contra Marcellum pugnaturus cauas et praeruptas uias obiecit a latere, ipsaque loci natura pro munimentis usus clarissimum ducem uicit.

7 Idem apud Cannas, cum conperisset Volturnum amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentis auras mane proflare, quae arenarum et pulueris 130 uertices agerent, sic direxit aciem ut tota uis a tergo suis, Romanis in ora et oculos incideret: quibus incommodis mire hosti aduersantibus illam memorabilem adeptus est uictoriam.

§1 a. 281–275 aC || **§2** a. 66 aC || **§3** a. 47 aC: auctor bell. Alex. 73–76 || **§4** a. 69 aC: Plut. Lucull. 28; Appian. Mithr. 85 || **§5** a. 38 aC: Flor. 4.9.6; Iustin. 42.4.8–10; Dio 49.19.20; Zonar. 10.26 || **§6** a. 210 aC; aliter Liu. 27.2.4; Plut. Marc. 24 || **§7** a. 216 aC: Liu. 22.43.10–11, 22.46.8–9; Flor. 2.6.16; Eutrop. 3.10; Oros. 4.16.1–5; Val. Max. 7.4 ext. 2; Sen. n. q. 5.16.4; Plut. Fab. 16; Appian. Hann. 20,22,23; Polyaen. 6.38.4; Zonar. 9.1

108 M'. *Oudendorp*: M. **Hβ** | phalangi **HK**ac: phalang(a)e **β** | resiste **H**ac2 || **109** conserta **ς** || **111** *sqq. exemplum 2 praefixo capituli titulo* (*ubi* elegendo, *cf. 21*) *descripsit* **C** || **112** procliui **α**: procliuo **β** | decurso **H** | mithridanten **C**: mithrida[n]te⟨(m)⟩ **H**–**h**2 || **113** *sq.* instruxit ...res *primitus om.* **H**, *spatio uacuo relicto*: suppl. **h**1 *ut uid.* || **116** mithridaten...tigranen **P** || **119** auersumque **β**: aduersumque **HTς** | *laborat textus.* pariter *Stewech*: partem **HT**: partim **γ K**: parte **O**ac, parti **oL**: protinus *Gundermann*: eorundem partem peditum *uulgo* | perturbantem **ε** || **121** eduxit **β**: duxit **H** || **129** Volturn⟨o Aufid⟩um *Oudendorp* || **130** proflore **H**ac2 || **131** a tergo **β**: aterga **H** || **132** incederet **H**ac2

Marius aduersus Cimbros ac Teutonos constituta die pugnaturus firmatum 8
135 cibo militem ante castra conlocauit, ut per aliquantum spatii, quo aduersarii dirimebantur, exercitus hostium potius labore itineris profligaretur; fatigationi deinde eorum incommodum aliud obiecit, ita ordinata suorum acie ut aduerso sole et uento et puluere barbarorum occuparetur exercitus.

Cleomenes Lacedaemonius aduersus Hippiam Atheniensem, qui equitatu 9
140 praeualebat, planitiem in qua dimicaturus erat arboribus prostratis inpediit et inuiam fecit equiti.

Hiberi in Africa ingenti hostium multitudine excepti timentesque ne cir- 10 cumirentur, adplicuerunt se flumini, quod altis in ea regione ripis praefluebat. ita a tergo amne defensi et subinde, cum uirtute praestarent, incursando
145 in proximos omnem hostium exercitum strauerunt.

Xanthippus Lacedaemonius sola loci commutatione fortunam Punici belli 11 conuertit. nam cum a desperantibus iam Carthaginiensibus mercede sollicitatus animaduertisset Afros quidem, qui equitatu et elephantis praestabant, colles sectari, a Romanis autem, quorum robur in pedite erat, campestria te-
150 neri, Poenos in plana deduxit; ubi per elephantos dissipatis ordinibus Romanorum sparsos milites per Numidas persecuturus eorum exercitum fudit, in illam diem terra marique uictorem.

Epaminondas dux Thebanorum aduersus Lacedaemonios directurus 12 aciem, pro fronte eius decurrere equitibus iussis, cum ingentem puluerem
155 hostium oculis obiecisset exspectationemque equestris certaminis praetendisset, circumducto pedite ab ea parte ex qua decursus in a[d]uersam hostium aciem ferebat, inopinantium terga adortus cecidit.

Lacedaemonii ccc contra innumerabilem multitudinem Persarum Ther- 13 mopylas occupauerunt, quarum angustiae non amplius quam parem nume-
160 rum comminus pugnaturum poterant admittere: eaque ratione quantum ad

§8 a. 101 aC: Plut. Mar. 26; Polyaen. 8.10.3; Oros. 5.16.14–15 || **§9** a. 510 aC: Herodot. 5.64 || **§10** a. incert. || **§[11]** cf. 2.3.10. a. 255 aC: Oros. 4.9.1–4; Polyb. 1.33 sq.; Appian. Pun. 3; Zonar. 8.13 (Dio frg. 43.24 ut Planudeum eicit Boissevain) || **§12** a. 362 aC: Polyaen. 2.3.14 || **§13** a. 480 aC: Val. Max. 3.2 ext. 3; Iustin. 2.11; Polyaen. 7.15.5; Herodot. 7.201 sq.; Diodor. 11.10; Paus. 3.4.7–8; Aelian. u. h. 3.25

136 potius] prius *Oudendorp*: protinus *Herel*: totius *Hartel* || **137** aci[a]e **H** – **h**[2] || **138** *cf.* sed et aduerso sole et uento et puluere multum ualet in hostes dimicare *post transcriptum exemplum 2* **C** || **139** hippi **H** || **140** inpedit **H**[ac2] || **141** inuiam (uiam **O**) equiti fecit **δ** || **142** Heberi **H**[ac2] | af(aff-)rica **δ**: africam **Hγ KTς** || **144** ita at ergo **H**: qui ita a tergo **β** || **146** *sqq. exempla 11,12 om.* **K** || **149** rubor **H**[ac2] | in pedite *editores:* impedite **H**: in(im-)peditum **β** || **151** *sq.* in illa[(m)] die[m] **H** – **h**[2] || **155** equestris] euerris **δ** (*corr.* **T**): eius **ς** || **156** ex **β**: excursus **H** | auersam *Oudendorp*: aduersam *codd.* || **160** eaqu[a]e **H** – **h**[2]

congressus facultatem aequati numero barbarorum, uirtute autem praestantes, magnam eorum partem ceciderunt; nec superati forent, nisi per proditorem Ephialten Trachinium circumductus hostis a tergo eos oppressisset.

14 Themistocles dux Atheniensium, cum uideret utilissimum Graeciae aduersus multitudinem Xerxis nauium in angustiis Salaminis decernere, idque 165 persuadere ciuibus non posset, sollertia effecit ut a barbaris ad utilitates suas Graeci compellerentur. simulata namque proditione misit ad Xerxen qui indicaret populares suos de fuga cogitare, difficilioremque ei rem futuram si singulas ciuitates obsidione adgrederetur. qua ratione effecit ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in statione custodiae est; 170 deinde, ut sui mane integris uiribus cum barbaris uigilia marcentibus confligerent, loco ut uoluerat arto, in quo Xerxes multitudine qua praestabat uti non posset.

III De acie ordinanda

1 Cn. Scipio in Hispania aduersus Hannonem ad oppidum Indibile, cum 175 animaduertisset Punicam aciem ita directam ut in dextro cornu Hispani constituerentur, robustus quidem miles sed qui alienum negotium ageret, in sinistro autem Afri, minus uiribus firmi sed animi constantiores, reducto sinistro latere suorum, dextro cornu, quod ualidissimis militibus exstruxerat, obliqua acie cum hoste conflixit: deinde fusis fugatisque Afris Hispanos, qui 180 in recessu spectantium more steterant, facile in deditionem conpulit.

2 Philippus Macedonum rex, aduersus Illyrios gerens bellum, ut animaduertit frontem hostium stipatam electis de toto exercitu uiris, latera autem infirmiora, fortissimis suorum in dextro cornu conlocatis, sinistrum latus hostium inuasit turbataque tota acie uictoriam profligauit. 185

3 Pammenes Thebanus, conspecta Persarum acie, quae robustissimas copias in dextro cornu conlocatas habebat, simili ratione et ipse suos ordinauit, om-

§ 14 a. 480 aC: Nep. Them. 4.3; Iustin. 2.12.18 sq.; Polyaen. 1.30.3; Herodot. 8.75; Plut. Them. 12; Diodor. 11.17 || § 1 a. 218 aC: Polyb. 3.76.2–4 || § 2 a. 359 aC: Diodor. 16.4 || § 3 a. 353 aC: Polyaen. 5.16.2; Diodor. 16.34.2

165 salaminis **β**: salamanis **H**: Salaminiis *uulgo* || 166 efficit $\mathbf{H}^{ac2}$ | ad] at $\mathbf{H}^{ac2}$ || 167 compellerentur **β**: compellarentur **H** || 168 si *om.* **H** || 170 est] esset ς, *unde* cum...essent *Oudendorp* || 171 marcentibus **H**: marcenti **β** (*corr.* **o**) || 172 xerxis **H** || 173 posset **β**: possit **H** || 175 Indibile **ε**: inclibile **Hβ** : Intibilim *Oudendorp* || 178 constantiores **H**: constantioris **β** || 181 spectantium **KTς** : spectantum **β**: spectandum **H** || 182 illyrios **γ L**: hyllios **H**: hyllos **O**: hylrios **T**: illiricos **K** || 183 f[o]rontem $\mathbf{H}-\mathbf{h}^2$ | electis de toto] electus deioto $\mathbf{H}^{ac2}$ || 184 conlocatis] collatis $\mathbf{O}^{ac}$**T** || 185 aci[a]e $\mathbf{H}-\mathbf{h}^2$ (*sed 180* acie)

nemque equitatum et fortissimum quemque peditum in dextro cornu, infirmissimos autem contra fortissimos hostium posuit, praecepitque ut ad pri-
190 mum impetum eorum fuga sibi consulerent, in siluestria confragosaque loca se reciperent. ita frustrato robore exercitus, ipse optuma parte uirium suarum dextro cornu totam circumiit aciem hostium et auertit.

4 P. Cornelius Scipio, cui postea Africano cognomen fuit, aduersus Hasdrubalem Poenorum ducem in Hispania gerens bellum, ita per continuos dies
195 ordinatum produxit exercitum ut media acies fortissimis fundaretur. sed cum hostes quoque eadem ratione adsidue ordinati procederent, Scipio eo die, quo statuerat decernere, commutauit instructionis ordinem et firmissimos [id est legionarios] in cornibus conlocauit ac leuem armaturam in media acie, sed retractam; ita cornibus, quibus ipse praeualebat, infirmissimas
200 hostium partes lunata acie aggressus facile fudit.

5 Metellus in Hispania, eo proelio quo Hirtuleium deuicit, cum conperisset cohortes eius quae ualidissimae uocabantur in media acie locatas, ipse mediam suorum aciem reduxit, ne ea parte ante cum hoste confligeret quam cornibus conplicatis medios undique circumuenisset.

205 6 Artaxerxes aduersus Graecos qui Persida intrauerant, cum multitudine superaret, latius quam hostes acie instructa, in fronte ⟨peditem⟩, equitem leuemque armaturam in cornibus conlocauit, atque ita ex industria lentius procedente media acie copias hostium cinxit ceciditque.

7 Contra Hannibal ad Cannas reductis cornibus productaque media acie
210 nostros primo impetu protrusit. idem conserto proelio, paulatim inuicem sinuantibus procedentibusque ad praeceptum cornibus, auide insequentem hostem in mediam aciem suam recepit et ex utraque parte conpressum cecidit. [ueterano et diu edocto usus exercitu; hoc enim genus ordinationis exsequi nisi peritus et ad omne momentum respondens miles uix potest.]

215 8 Liuius Salinator et Claudius Nero, cum Hasdrubal bello Punico secundo

§4 a. 206 aC: Liu. 28.14–15; Polyb. 11.22sq. || §5 a. 76 aC: Liu. perioch. 91; Oros. 5.23.10; auctor de uir. ill. 63 || §6 a. 401 aC: Xen. anab. 1.8.10; Plut. Artax. 7–9; Diod. 14.22–24 || §7 a. 216 aC: Liu. 22.47; Polyb. 3.115sq.; Plut. Fab. 16; Polyaen. 6.38.3 || §8 a. 207 aC: Liu. 27.48; Polyb. 11.1

190 fuga sibi **H**: sibi fuga **β** | in] et in **ε** || 191 optuma **HP**: optima **Wδ** || 192 circumiit **γO**^{ac}**k**: circuit **H**^{ac}**T**: circumit **h**^{2}**oK**^{ac}: circumiuit **Lς**: circuiuit **ς** || 193 Scipio *om.* **γ** || 194 ducem poenorum in h. bellum gerens **δ** || 196 a[s]sidu[a]e **H**–**h**^{2} || 198 id est legionarios *del. Wesseling* | cornubus **H**^{ac2} || 199 aci[a]e **H**–**h**^{2} (*sed 202, 209* acie: *in 208* acie *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} || 202 uocabantur] iactabantur *Gronow*: uidebantur *Woelfflin* || 204 complicatis **H**: confligatis **β**: profligatis **T**, *coni. de Maulde*: conflictatis *Eussner* || 205 persid[i]a **H**: persidam **β** || 206 peditem *suppl. Eussner* || 211 procedentibusqu[a]e **H**–**h**^{2} || 212 in **H**, *om.* **β**, *suppl.* **oTς** || 213 ueterano – 214 potest *eiecit Gundermann* || 214 mil[it]es **H**–**h**^{2} || 215 *sqq. exemplum 8 om.* **K** || 215 Liuius **ς**: L. liuius **Hβ**

decernendi necessitatem euitans in colle confragoso post uineas aciem direxisset, ipsi diductis in latera uiribus uacua fronte ex utraque parte circumuenerunt eum atque ita adgressi superarunt.

9 Hannibal, cum frequentibus proeliis a Claudio Marcello superaretur, nouissime sic castra metabatur ut, aut montibus aut paludibus aut simili locorum aliqua opportunitate adiutus, aciem eo modo conlocaret ut uincentibus quidem Romanis paene indemnem recipere posset intra munimenta exercitum, cedentibus autem instandi liberum haberet arbitrium. 220

10 Xanthippus Lacedaemonius in Africa aduersus M. Atilium Regulum leuem armaturam in prima acie conlocauit, in subsidio autem robur exercitus; praecepitque auxiliaribus ut emissis telis cederent hosti et, cum se intra suorum ordines recepissent, confestim in latera discurrerent et a cornibus rursus erumperent: exceptumque iam hostem a robustioribus et ipsi circumierunt. 225

11 [Sertorius idem in Hispania aduersus Pompeium fecit.] 230

12 Cleandridas Lacedaemonius aduersus Lucanos densam instruxit aciem, ut longe minoris exercitus speciem praeberet; securis deinde hostibus in ipso certamine diduxit ordines ⟨et⟩ a lateribus circumuentos eos fudit.

13 Gastron[ius] Lacedaemonius, cum [in] auxilio Aegyptiis aduersus Persas uenisset et sciret firmiorem esse Graecum militem magisque a Persis timeri, commutatis armis Graecos in prima posuit acie et, cum illi aequo marte pugnarent, submisit Aegyptiorum manum. Persae cum Graecis, quos Aegyptios opinabantur, restitissent, superueniente multitudine, quam ut Graecorum expauerant, cesserunt. 235

14 Cn. Pompeius in Albania, quia hostes et numero et equitatu praeualebant, iuxta collem in angustiis ⟨*** pedites *** scutis⟩ protegere galeas, ne ful- 240

§9 a. incert. aC || §10 a. 255 aC: Polyb. 1.33.6 sq. || §11 cf. 2.5.31. a. 76 aC || §12 a. incert. aC: Polyaen. 2.10.4 || §13 a. incert. aC: Polyaen. 2.16 || §14 a. 65 aC: Plut. Pomp. 35; Appian. Mithr. 103; Dio 37.4

216 decertandi *uulgo* || **217** diductis **β**: deductis **HT**: reductis **ς** || **218** superauerunt **δ** || **219** macercello **H** || **220** metabatur **δ**: metebatur **H**: meditabatur **γ** || **226** emissis] excussis **ζ** || **227** et – **229** circumierunt *om.* **K** || **228** circumierunt **H**: circum(circu-)irent **β** || **230** Sertorius...fecit *eiecit Woelfflin* || **231** Cleandridas **β**: Cleandrias **α** | Lucanos *Casaubon ex Polyaeno*: lucaonas **H**[ac]: li(ly-)caonas **h**[2]**β** || **233** deduxit **HW** | et *post* ordines *suppl.* **Tς**, *post* lateribus **ος**: *deerat in* **ω** || **234** Gastron *Casaubon ex Polyaeno*: Castronius **ω** | in *del. ten Nuyl*: in auxilium *uulgo* || **236** aci[a]e **H** – **h**[2] || **237** persae cum **β**: persae et cum **H** || **238** superueniente multitudine **β**: superuenientem multitudinem **H** || **240** et numero et] innumero **ζ**: et ⟨peditum⟩ numero *Hartel* || **241** angustiis ⟨subsidere pedites et scutis⟩ protegere *e. q. s. Gundermann in apparatu ex Dione*: pedites *post* iussit *suppl. Oudendorp*

gore earum conspicui fierent, iussit, equites deinde in aequum procedere ac
ueluti praetendere peditibus; praecepitque eis ut ad primum impetum ho-
stium refugerent et, simul ad pedites uentum esset, in latera discederent:
245 quod ubi explicitum est, patefacto loco subita peditum consurrexit acies in-
uectosque temere hostes inopinato interfusa proelio cecidit.

M. Antonius aduersus Parthos, qui infinita multitudine sagittarum exerci- 15
tum eius obruebant, subsidere suos et testudinem facere iussit; supra quam
transmissis sagittis sine militum noxa exhaustus est hostis.

250 Hannibal aduersus Scipionem in Africa, cum haberet exercitum ex Poenis 16a
et auxiliaribus, quorum pars non solum ex diuersis gentibus sed etiam ex Ita-
licis constabat, post elephantos lxxx, qui in prima fronte positi hostium tur-
barent aciem, auxiliares Gallos et Ligures et Baliares Maurosque posuit, ut
neque fugere possent, Poenis a tergo stantibus, et hostem oppositi si non in-
255 festarent, at certe fatigarent; tum suis et Macedonibus, qui iam fessos Roma-
nos integri exciperent, in secunda acie conlocatis, nouissimos Italicos consti-
tuit, quorum et timebat fidem et segnitiam uerebatur, quoniam plerosque
eorum ab Italia inuitos extraxerat.

Scipio aduersus hanc formam robur legionis triplici acie in fronte ordina- 16b
260 tum per hastatos et principes et triarios opposuit: nec continuas construxit
cohortes, sed manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod ele-
phanti ab hostibus acti facile transmitti sine perturbatione ordinum possent.
ea ipsa interualla expeditis uelitibus impleuit, ne interluceret acies, dato his
praecepto ut ad impetum elephantorum uel retro uel in latera concederent.
265 equitatum deinde in cornua diuisit et dextro Romanis equitibus Laelium, si-
nistro Numidis Masinissam praeposuit; quae tam prudens ordinatio non du-
bie causa uictoriae fuit.

Archelaus aduersus L. Sullam in fronte ad perturbandum hostem falcatas 17a
quadrigas locauit, in secunda acie phalangem Macedonicam, in tertia Roma-

§ 15 a. 36 aC: Flor. 4.10.6; Plut. Anton. 45; Dio 49. 29–30 || § 16a–b a. 202 aC; aliter Liu. 30.33, 35; Polyb. 15.9.6–10, 11.1–3; Zonar. 9.14; Appian. Pun. 40–41 || § 17a–b a. 86 aC: Plut. Sulla 17–19; Appian. Mithr. 42–44

245 explicitum *editores*: displicitum **Hβ** || 248 testudinem] testitudinem **β** (*corr.* **oTς**) || 249 exhaustus **β**: exustus **H** || 251 gentibus *Gundermann dubitanter in apparatu*: populis *Dederich, aeque probabiliter*: partibus ω, *errore ex memoriae lapsu inter transcribendum orto* || 254 neque **H**: non **β** | poss[e]nt **H**–**h**[2*] || 255 at *uulgo*: aut **H**: uel **β** || 256 secunda *Oudendorp ex Liuio*: summa[tum?] aci[a]e **H**–**h**[2]: summa acie **β** || 257 timeba[n]t **H**–**h**[2] | segnitiam **H**[ac]: segnitiem **h**[2*]**β** || 259 *sqq. exemplum 16b om.* **K** || 260 continuos **H** || 266 dubie **H**[ac]**WLTς** : dubi(a)e **h**[2*]**PO** || 268 fronte[m] **H**–**h**[2] | falcatas π, ς: factas **Hβ** || 269 secunda[m] acie[m] **H**–**h**[2] | phalangem **Tς** : phalangam **Hβ**

norum more armatos auxiliares, mixtis fugitiuis Italicae gentis, quorum per- 270
uicaciae plurimum fidebat. leuem armaturam in ultimo statuit: in utroque
deinde latere equitatum, cuius amplum numerum habebat, circumeundi ho-
stis causa posuit.

17b Contra haec Sulla fossas amplae latitudinis utroque latere duxit et capiti-
bus earum castella communiit: qua ratione ne circuiretur ab hoste et pedi- 275
tum numero et maxime equitatu superante consecutus est. triplicem deinde
peditum aciem ordinauit relictis interuallis, per ⟨quae⟩ leuem armaturam et
equitem, quem in nouissimo conlocauerat, [ut] cum res exegisset, emitteret.
tum postsignanis qui in secunda acie erant imperauit ut densos numeroses-
que palos firme in terram defigerent, intraque eos adpropinquantibus quadri- 280
gis antesignanorum aciem recepit: tum demum sublato uniuersorum cla-
more uelites et leuem armaturam ingerere tela iussit. quibus factis quadrigae
hostium aut inplicitae palis aut exterritae clamore telisque in suos conuersae
sunt, turbaueruntque Macedonum structuram; qua cedente, cum Sulla ⟨in⟩-
staret et Archelaus equitem opposuisset, Romani equites subito emissi 285
auerterunt eos consummaueruntque uictoriam.

18 C. Caesar Gallorum falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit
inhibuitque.

19 Alexander ad Arbela, cum hostium multitudinem uereretur, uirtuti autem
suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinauit, ut circum- 290
uenti undique pugnare possent.

20 Paulus aduersus Persen Macedonum regem, cum is phalangem suorum
duplicem mediam in partem direxisset eamque leui armatura cinxisset et
equitem utroque cornu conlocasset, triplicem aciem cuneis instruxit, inter
quos uelites subinde emisit. quo genere cum profligari nihil uideret, cedere 295
instituit, ut hac simulatione perduceret hostes in confragosa loca quae ex in-
dustria captauerat. cum sic quoque, suspecta calliditate recedentium, ordi-

§18 aa. 58–51 aC || §19 a. 331 aC: Q. Curt. 4.13.30–32; Diodor. 17.57.5; Arrian. 3.11.12 || §20 a. 168 aC: Liu. 44.41; Plut. Aem. 20

270 italice **H**^{ac2} | peruicaci[a]e **H**–**h**^{2} || 271 fidebat] faciebat **H**^{ac2} || 272 deinde **H**: dein **β** (*corr.* **Tς**) || 274 haec *om.* **γ** | utroque **h**^{2} (utraque **H**^{ac}): in utroque **β** | et] et in **T** || 275 circuiretur **Hγ OTς** : circumiretur **LKς** || 276 maxim[a]e **H**–**h**^{2} || 277 per] propter *Saumaise* | quae *suppleuit*, 278 ut *eiecit Eussner* || 279 aci[a]e **H**–**h**^{2} || 280 defierent **H**^{ac2} || 281 antesignanorum *Saumaise*: antesignan(ost)r(u)m **H**^{ac}: antesignanum **h**^{2}: ante signa nostram **β** || 281 *sq.* clamore uelitis [clamore uelitis] **H** || 284 turbaueruntqu[a]e **H**–**h**^{2} | instaret *Oudendorp*: staret **Hβ** || 289 *sqq. exemplum 19 om.* **K** || 289 uereretur **H**: uerteretur **β** (*corr.* **oTς**) || 292 is **β**: his **H** || 294 utroque **H**: in utroque **β** | cuneis **β**: cumeis **H** || 295 emisit **ς**: misit **Hβ** | uideret **β**: uidere **H** || 297 *sq.* ordinata sequeretur *trsp.* **δ**

nata sequeretur phalanx, equites a sinistro cornu praeter oram phalangis ius-
sit transcurrere citatis equis, tectos, ut obiectis armis ipso impetu praefringe-
300 rent hostium spicula: quo genere telorum exarmati Macedones soluerunt
aciem et terga uerterunt.

Pyrrhus pro Tarentinis apud Asculum, secundum Homericum uersum quo 21a
pessimi in medium recipiuntur, dextro cornu Samnites Epirotasque, sinistro
Bruttios atque Lucanos cum Sallentinis, in media acie Tarentinos conlo-
305 cauit, equitatum et elephantos in subsidiis esse iussit.

Contra consules, aptissime diuisis in cornua equitibus, legiones in prima 21b
acie et in subsidiis conlocauerunt et his inmiscuerunt auxilia. xl milia utrim-
que fuisse constat: Pyrrhi dimidia pars exercitus amissa, apud Romanos v
milia desiderata sunt.

310 Cn. Pompeius aduersus C. Caesarem Palaepharsali triplicem instruxit 22a
aciem, quarum singulae denos ordines in latitudinem habuerunt. legiones se-
cundum uirtutem cuiusque firmissimas in cornibus et in medio conlocauit,
spatia his interposita tironibus suppleuit. dextro latere dc equites propter flu-
men Enipea, qui et alueo suo et alluuie regionem inpedierat, reliquum equi-
315 tatum in sinistro cornu cum auxiliis omnibus locauit, ut inde Iulianum exer-
citum circumiret.

Aduersus hanc ordinationem C. Caesar et ipse triplici acie dispositis in 22b
fronte legionibus sinistrum latus, ne circumiri posset, admouit paludibus. in
dextro cornu equitem posuit, cui uelocissimos miscuit peditum, ad morem
320 equestris pugnae exercitatos. sex deinde cohortes in subsidio retinuit ad res
subitas, et dextro latere conuersas in obliquum, unde equitatum hostium ex-

§21a–b a. 279 aC: Eutrop. 2.13; Oros. 4.1.19–22; Plut. Pyrrh. 21; Zonar. 8.5. *Homericus uersus Δ* 299 extr.: cf. Polyb. 15.16; Amm. Marc. 24.6.9 ‖ **§22a–b** a. 48 aC: Caes. b. c. 3.89, 93, 94; Eutrop. 6.20; Oros. 6.15, 23 sq.; Plut. Pomp. 69, Caes. 44; Appian. b. c. 2.76; Dio 41.60

298 oram *Gundermann*: horam **h**^{2}: hora **H**^{ac}: ora **β** ‖ **299** tectos] tactos **O**^{ac}: actos **Tς** : uectos *Stewech*: intentos *Goetz* ‖ **302–303** *uerba* secundum… recipiuntur *deleri uetat Gundermann: uix tamen abstineo manus. uersus est Δ 299 extr., a Polybio olim citatus, ab Ammiano citandus* ‖ **302** *sqq. exempla 21a–24 om.* **K** ‖ **304** aci[a]e **H – h**^{2} ‖ **306** cornua **β**: cornu **H** ‖ **307** locauerunt **δ** | utrumque **H** ‖ **310** Palaepharsali triplicem *uulgo*: palefarsalis triplicem **β**: proelio pharsalis triplicem **ζ**: pale pharsalis implicem **H**: pharsalico bello triplicem **T**: palustri proelio Pharsaliae triplicem *Schrijver* ‖ **311** quarum **β**: aquarum **H** | latitudinem] -[m] **h**^{2} ‖ **313** iis **Pδ** | dc equites propter **β**: .D̄C̄. equites ex (in **h**^{2sl}) gente[s] propter **H** ‖ **313** *sq.* flumine nipea **H**^{ac}, flumen nipea *uoluit* **h**^{2}: flumen enipeam **β** ‖ **314** alluuie **β**: liuia e **H**^{ac}, luuie **h**^{2}: eluuie *Oudendorp* ‖ **317** aci[a]e **H – h**^{2} ‖ **318** posset **oς** : possit **Hβ** ‖ **320** sex **o*T**, *coni. de Maulde*: sub **H**^{ac}: sed **h**^{2}***β** ‖ **321** et *Daniel Voss*: sex **H**: sed **β**

spectabat, conlocauit. nec ulla res eo die plus ad uictoriam Caesari contulit: effusum namque Pompei equitatum inopinato excursu auerterunt caedendumque tradiderunt.

23 Imperator Caesar Augustus Germanicus, cum subinde Chatti equestre 325 proelium in siluas refugiendo deducerent, iussit suos equites, simul atque ad impedita uentum esset, equis desilire pedestrique pugna confligere; quo genere consecutus ne quis iam locus uictoriam eius moraretur.

24 C. Duellius, cum uideret graues suas naues mobilitate Punicae classis eludi inritamque uirtutem militum fieri, excogitauit manus ferreas. quae ubi 330 hostilem adprenderant nauem, superiecto ponte transgrediebatur Romanus et in ipsorum ratibus comminus eos trucidabat.

IV De acie hostium turbanda

1 Papirius Cursor filius consul, cum aequo marte aduersus obstinatos Samnites concurreret, ignorantibus suis praecepit Spurio Nautio ut pauci alares 335 et agasones mulis insidentes ramosque per terram trahentes a colle transuerso magno tumultu decurrerent. quibus prospectis proclamauit uictorem adesse collegam, occuparent ipsi praesentis proelii gloriam. quo facto et Romani fiducia concitati pro⟨*** et hostes⟩ puluere perculsi terga uerterunt.

2 Fabius Rutilius Maximus quarto consulatu in Samnio, omni modo frustra 340 conatus aciem hostium perrumpere, nouissime hastatos subduxit ordinibus et cum Scipione legato suo circummisit iussitque collem capere, ex quo de-

§23 a. 83 pC: Suet. Dom. 6 || **§24** a. 260 aC: Flor. 2.2.8–9; Polyb. 1.22; Zonar. 8.11 || **§1** a. 293 aC: Liu. 10.40–41 || **§2** a. 297 aC: Liu. 10.14

322 eo die **β**: cotidie **H** || **323** effusum **β**: effectum **H** | namque] nam[Ne]que **H** – $\mathbf{h}^2$ || **325** Imp. Caes. Aug. Germ. ⟨Domitianus⟩ **Tς** | equester **H** || **326** simul utque **H** || **327** defligere **γ** || **328** consecutus est **oTς** | iam *Hartel*: non **Hβ**, *del. de Maulde* (quis non *del. Goetz*): omnino *Oudendorp*: iniquus *Herel*: iniquus iam *Hartel* | moraretur *de Maulde*: miraretur **Hβ** || **331** apprenderant **H**: apprenderent **γ**: apprehenderent **δ**: apprehenderunt **ς** || **332** trucidabat **Tς**: trucidabant **Hβ** || **334** Papirius] Piparus **H**: Paririus **C** | consulis **δ** || **336** agas[i]ones, insid[i]entes **H** – $\mathbf{h}^2$ | mulis] multis **H** | ramosque] romanosque **H** || **338** adesse **β**: ad se **H** || **338** *sq.* romam fidutiam $\mathbf{H}^{ac2}$ || **339** concitati pro⟨pulere et hostes⟩ puluere *Hartel*: concitati propulere **Hβ** : concitati hostes propulere **T**: concitati propulere ⟨samnites. et ipsi terrore⟩ **O** – **o**: concitati sunt et Samnites prae puluere (per puluerem *alii*) **ς**: concitati propulere hostes et Samnites prae puluere *Oudendorp* | perculsi $\mathbf{h}^{2*}$(-it $\mathbf{H}^{ac}$)**oK**: perpulsi **γ**$\mathbf{O}^{ac}$: propulsi **LTς** || **340** Rutilius] Rullus *de l'Escale*: Rullianus *Gronow* || **342** iussitqu[a]e **H** – $\mathbf{h}^2$

curri poterat in hostium terga. quod ubi factum est, Romanis creuit animus
et Samnites perterriti fugam molientes caesi sunt.

345 Minucius Rufus imperator, cum a Scordiscis Dacisque premeretur, quibus 3
impar erat numero, praemisit fratrem et paucos una equites cum aeneatori-
bus, praecepitque ut, cum uidisset contractum proelium, subitus ex diuerso
se ostenderet iuberetque concinere aeneatores. ⟨re⟩sonantibus montium iu-
gis species ingentis multitudinis offusa est hostibus: qua perterriti dedere
350 terga.

Acilius Glabrio consul aduersus Antiochi regis aciem, quam is in Achaia 4
pro angustiis Thermopylarum direxerat, iniquitatibus loci non inritus tan-
tum, sed cum iactura quoque repulsus esset, nisi circummissus ab eo Porcius
Cato, qui tum, iam consularis, tribunus militum a populo factus in exercitu
355 erat, deiectis iugis Callidromi montis Aetolis, qui praesidio ⟨ea⟩ tenebant,
super imminentem castris regiis collem a tergo subitus apparuisset. quo facto
perturbatis Antiochi copiis utrimque inrupere Romani et fusis fugatisque ca-
stra ceperunt.

C. Sulpicius Peticus consul contra Gallos dimicaturus iussit muliones 5
360 clam in montes proximos cum mulis abire et indidem conserto iam proelio
uelut equis insidentes ostentare se pugnantibus: qua re Galli, existimantes
aduentare auxilia, Romanis cessere iam paene uictores.

Marius circa Aquas Sextias, cum in animo haberet postera die depugnare 6
aduersus Teutonos, Marcellum cum parua manu equitum peditumque nocte
365 post terga hostium misit et ad implendam multitudinis speciem agasones li-
xasque armatos simul ire iussit iumentorumque magnam partem instratorum
centunculis, ut per hoc facies equitatus obiceretur; praecepitque ut, cum anim-

§3 a. 109 aC: Eutrop. 4.27.5 || §4 a. 191 aC: Liu. 36.14–19; auctor de uir. ill. 47.3; Plut. Cat. mai. 12 sq.; Appian. Syr. 17 sq.; Zonar. 9.19 || §5 a. 358 aC: Liu. 7.14–15. aliter Appian. Gall. 1 || §6 a. 102 aC: Plut. Mar. 20 sq.; Polyaen. 8.10.2

343 est[&]romanis **H** – **h**^{2} || 345 M. mucius **H** | cordiscis **δ** || 346 impar erat **β**: imperaret **H** || 347–350 *pergit* **C** *unde supra 138*: subitaneus ualidusque aeneatorum clangor hostes perterret || 348 concinere aeneatores *trsp.* **L**: uenatores continere **ζ** | resonantibus *Gronow* (*cf.* cumque montes omnes resonarent *π*): sonantibus **Hβ** || 349 offusa **β** (confusa **K**): effusa **Tς** || 351 *sqq. exemplum 4 om.* **K** || 353 circummissus **β**: cummissus **H** || 354 qui tum] qui[n]tum **H** – **h**^{2}: qui cum **Tς** || 355 dei[ectis[2]iu]gis **H** – **h**^{2}: de iugis *Lambin*: iugo *Oudendorp ex Liuio* | callidromi montis **γ**: callididromi montis **H**: calli montis dromi **δ** (calli *et* dromi *om.* **T**): montis *del. Stewech, immerito* | qui praesidio tenebant **H**, ea *suppl. de Maulde*: quae praesidio tenebantur (tenebant **O**) **β**: qui praesidio ab etholis detinebatur **T** || 356 regis **H**^{ac2} || 357 ramani **H**^{ac2}, *item subinde alibi* || 359 consul] dictator *Schrijver ex Liuio* || 360 indiem **H**^{ac2}: identidem *uoluit* **o**: ibidem **T**: inde iam **ζ** || 361 qua re **ς**, *Bendz*: quare **Hβ** || 365 li[sa]xasque **H** – **h**^{2} || 367 centunculis **ς**: contunculis **H**^{ac}**β**: contuculis **h**^{2}**K**^{ac} | obiceretur **β**: obieceretur **H**

aduertissent committi proelium, ipsi in terga hostium descenderent. qui apparatus tantum terroris intulit, ut asperrimi hostes in fugam uersi sint.

7 Licinius Crassus fugitiuorum bello apud Camalatrum educturus militem 370 aduersus Castum et Cannicum duces Gallorum, xii cohortes cum C. Pomptinio et Q. Marcio Rufo legatis post montem circummisit: quae cum commisso iam proelio a tergo clamore sublato decucurissent, ita fuderunt hostes ut ubique fuga, nusquam pugna capesseretur.

8 M. Marcellus, cum uereretur ne paucitatem militum eius clamor detege- 375 ret, simul lixas calonesque et omnis generis sequellas conclamare iussit atque hostem magni exercitus specie exterruit.

9 Valerius Laeuinus aduersus Pyrrhum, occiso quodam gregali tenens gladium cruentum, utrique exercitui persuasit Pyrrhum interemptum: quam ob rem hostes destitutos se ducis morte credentes, consternati a mendacio in 380 castra se pauidi receperunt.

10 Iugurtha in Numidia aduersus C. Marium, cum Latinae quoque linguae usum ei conuersatio pristina castrorum dedisset, in primam aciem procucurrit et occisum a se C. Marium clare praedicauit, atque ita multos nostrorum auertit. 385

11 Myronides Atheniensis dubio proelio aduersus Thebanos rem gerens repente in dextrum suorum cornu prosiluit et exclamauit sinistro iam se uicisse: qua re et suis alacritate et hostibus iniecto metu uicit.

12 Croesus praeualido hostium equitatui camelorum gregem opposuit, quorum nouitate et odore consternati equi non solum insidentes praecipitaue- 390 runt, sed peditum quoque suorum ordinem protriuerunt uincendosque hosti praebuerunt.

§7 cf. 2.5.34. a. 71 aC: Plut. Crass. 11; Appian. b.c. 1.118 || §8 a. 216 aC: Liu. 23.16.13–14 || §9 a. 280 aC: Plut. Pyrrh. 17 || §10 a. 107 aC: Sall. Iug. 101.6–8 || §11 a. 457 aC: Polyaen. 1.35.1 || §12 a. 546 aC: Polyaen. 7.6.6; Herodot. 1.80; Aelian. de animal. 3.7, 11.36

368 ipsa $\mathbf{H}^{ac2}$ || 369 sint **oLK**: sunt **Hβ** || 370 *sqq. exemplum 7 om.* **K** || 370 crassus **β**: consul rursus **H** | calamatrum **LT**: calamatium **ζ** || 371 castam $\mathbf{H}^{ac2}$ | Cannicum *Schrijver* (cannocum *iam* **T**): cann(on) cum **Hγ**: cannoneum **δ** || 372 Marcio] Minucio *Oudendorp* | qui **δ** || 373 decurrissent **δ** || 374 fuganus quam **Pδ** || 376 atque] atque ita **ζ** || 378 [g]regali **H** || 380 credentis **γ** | a mendacio] amendatio **H**: a *fort. delendum* || 382 *sqq. exempla 10–19 om.* **K** || 383 dedissent $\mathbf{H}^{ac2}$ || 384 clare praedicauit *trsp.* **δ** || 386 Myrodines **H** || 387 cornu[m] **H** – $\mathbf{h}^2$ | sinistro **β**: sinistrum **H** | iam se *trsp.* **δ** | uiciss[a]e **H** – $\mathbf{h}^2$ || 388 iniecto metu *trsp.* **δ** || 389 Croesus] Cyrus aduersus Croesum *Gronow ex Herodoti 1.80, Polyaeni 7.6.6* | aequitatui **H** || 390 odore consternati *uulgo*: odore reconsternati **H**: horrore consternati **β** | insid[i]entes **H** – $\mathbf{h}^2$

Pyrrhus, Epirotarum rex, pro Tarentinis aduersus Romanos eodem modo 13
elephantis ad perturbandam aciem usus est.
395 [Poeni quoque aduersus Romanos frequenter idem fecerunt. 14
Volscorum castra cum prope ⟨a⟩ uirgultis siluaque posita essent, Camillus 15
ea omnia, quae conceptum ignem usque in uallum perferre poterant, incendit, et sic aduersarios exuit castris.
P. Crassus bello sociali eodem modo prope cum copiis omnibus intercep- 16
400 tus est.]
Hispani contra Hamilcarem boues uehiculis adiunctos in prima fronte 17
constituerunt, uehiculaque tedae et sebi et sulphuris plena, signo pugnae dato, incenderunt: actis deinde in hostem bubus consternatam aciem perruperunt.
405 Falisci et Tarquinienses, compluribus suorum in habitum sacerdotum sub- 18
ornatis, faces et angues furiali habitu praeferentibus, aciem Romanorum turbauerunt.
[Idem Veientes et Fidenates facibus arreptis fecerunt.] 19
Atheas rex Scytharum, cum aduersus ampliorem Triballorum exercitum 20
410 confligeret, iussit a feminis puerisque et omni inbelli turba greges asinorum ac boum ad postremam hostium aciem admoueri et erectas hastas praeferri. famam deinde diffudit tanquam auxilia sibi ab ulterioribus Scythis aduentarent: qua adseueratione auertit hostem.

V De insidiis

415 Romulus, per latebras copiarum parte disposita, cum ad Fidenas accessis- 1
set, simulata fuga temere hostes insecutos eo perduxit ubi occultos milites habebat: qui undique adorti effusos et incautos ceciderunt.

§ 13 a. 280 aC: Flor. 1.18.8; Oros. 4.1.9–10; Plut. Pyrrh. 17; Zonar. 8.3 || **§ [14]** cf. 2.5.4 || **§ [15]** = 4.7.40 || **§ [16]** = 4.7.41 || **§ 17** a. 228 aC: Appian. Hisp. 5 || **§ 18** a. 356 aC: Liu. 7.17.3 || **§ [19]** a. 426 aC: Liu. 4.33; Flor. 1.12.7 || **§ 20** a. incert. aC: Polyaen. 7.44.1 || **§ 1** a. incert. aC: Liu. 1.14; Polyaen. 8.3.2

395 Poeni ... fecerunt *eiecit Woelfflin* || **396** Volscorum – **398** castris [= *4.7.40*] *eiecit Woelfflin* || **396** a *suppl. Dederich e loco parallelo*: uirgulta siluamque **o** || **397** uallum **β**: uallem **H** || **399** P. Crassus – **400** interceptus est [= *4.7.41*] *eiecit Woelfflin* || **401** Hispania **γ** || **403** in *om.* **H** || **405** cum pluribus **h**²**ζ** | habitum **β**: habitu **H** | subornatis **β**: subornatos **H** || **406** praeferentibus **β**: referentibus **H** || **408** idem ... fecerunt *eiecit Woelfflin* | a[r]reptis **H**–**h**²*, *erasa* d*ne an* b *non liquet* || **409** Atheas *editores*: Aet(h)es *fere codd.* | scy(sci-)tharum **β**: schytharium **H**, *et quidem* sch- *constanter* || **410** et omni] omnique **δ** | inbelli **β**: inbello **H**: belli **KTς** | greges **β**: gragis **H** || **411** praeferri *Oudendorp*: praeferre **Hβ** || **413** qu[i]a **H**–**h**² || **415** fidenates **h**²**ς** (*contra Liuium in 1.14*) || **416** perduxit **β**: perduxerit **H**

2 Q. Fabius Maximus consul, auxilio Sutrinis missus aduersus Etruscos, omnes hostium copias in se conuertit: deinde simulato timore in superiora loca uelut fugiens recessit, effuseque subeuntes adgressus non acie tantum superauit sed etiam castris exuit. 420

3 Sempronius Gracchus aduersus Celtiberos metu simulato continuit exercitum; emissa deinde armatura leui, quae hostem lacesseret ac statim pedem referret, euocauit hostes; deinde inordinatos adgressus usque eo cecidit ut etiam castra caperet. 425

4 Q. Metellus consul in Sicilia bellum aduersus Hasdrubalem gerens, ob ingentem eius exercitum et cxxx elephantos intentior, simulata diffidentia intra Panhormum copias tenuit fossamque ingentis magnitudinis ante se duxit. conspecto deinde exercitu Hasdrubalis, qui in prima acie elephantos habebat, praecepit hastatis, tela in beluas iacerent protinusque se intra munimenta reciperent. ea ludificatione rectores elephantorum concitati in ipsam fossam elephantos egerunt; quo ut primum inlati sunt, partim magnitudine telorum confecti, partim retro in suos acti totam aciem turbauerunt. tunc Metellus, hanc opperiens occasionem, cum toto exercitu erupit, et adgressus a latere Poenos cecidit ipsisque [ut] elephantis potitus est. 430 435

5 Thamyris, Scytharum regina, Cyrum Persarum ducem aequo marte certantem simulato metu elicuit ad notas militi suo angustias atque ibi, repente conuerso agmine, natura loci adiuta deuicit.

6 Aegyptii conflicturi acie in eis campis quibus iunctae paludes erant, alga eas contexerunt commissoque proelio fugam simulantes in insidias ⟨hostes⟩ euocauerunt; qui rapidius per ignota inuecti loca limo inhaeserunt circumuentique sunt. 440

§2 a.310 aC: Liu. 9.35 || §3 a.179 aC: Liu. 40.48 || §4 cf. 1.7.1, 3.17.1. a.251 aC: Liu. perioch. 19; Flor. 2.2.27–28; Eutrop. 2.24; Oros. 4.9.14–15; Polyb. 1.40; Diodor. 23.21; Zonar. 8.14 || §5 a.529 aC: Iustin. 1.8.2, 3.37.3; Polyaen. 8.28; Herodot. 1.204sq.; Diodor. 2.44; Strab. 15.8; Ctes. Pers. 9.7 J.

418 *sqq. exemplum 2 om.* **K** | Q.] Q[ui] **H** – **h**^{2} || 419 *sq.* in superiora loca **β**: in superiore loco **H** || 422 erercitum **H**^{ac2} || 423 lacesseret **β**: lacessaet **H**^{ac}, -aret **h**^{2} || 424 referente uocauit hostem **OK**, referente uocauit hostes **Lς**, referente euocauit hostem **T** || 426 Q. *codd.*: L. *Oudendorp* | hastrubalem **H**, *et quidem* hast- *constanter* || 428–433 *pergit* **C** *unde supra (347–350)*: fossarum deceptoria delusio sepe hostes fefellit || 428 Panhormum *editores*: panormum **β**, phanthorum **H** || 431 ea] et a **γ** || 432 illati sunt] in(il-)laqueati sunt **δ** | magnitudine] multitudine *Herel*: magna ui *Oudendorp*: grandine *Goetz* || 435 ut *del. Gundermann*: et **ς**, *uulgo* || 436 Thamyris **H**: Tamiris **OT**: Tomiris **γLKς** || 437 notas ... suo] notos ... suos **H**^{ac2} || 439 *sq.* alga eas **ς**: algeas **Hβ** || 440 hostes *suppl.* **Tς**, *om.* **Hβ** (insidia se uocauerunt *dist.* **POK**): '*forte* Persas, *cf. 2.33, Polyaen. 2.16*' (*Gundermann*) || 441 per ignota inuecti loca **H**: per ignotam uecti loca **P**: per ignota uecti loca **W**: uecti per ignota loca **δ**

Viriathus, ex latrone dux Celtiberorum, cedere se Romanis equitibus simulans usque ad locum uoraginosum et praealtum eos perduxit et, cum ipse per solidos ac notos sibi transitus euaderet, Romanos ignaros locorum inmersosque limo cecidit. 7

445

Fuluius imperator Cimbrico bello, conlatis cum hoste castris, equites suos iussit succedere ad munitiones eorum lacessitisque barbaris simulata fuga regredi. hoc cum per aliquot dies fecisset, auide insequentibus Cimbris, animaduertit castra eorum solita nudari. itaque per partem exercitus custodita consuetudine ipse cum expeditis post castra hostium consedit occultus, effusisque eis ex more repente adortus et desertum proruit uallum et castra cepit. 8

450

Cn. Fuluius, cum in finibus nostris exercitus Faliscorum longe nostro maior castra posuisset, per suos milites quaedam procul a castris aedificia succendit, ut Falisci suos id fecisse credentes spe praedae diffunderentur. 9

455

Alexander Epirotes aduersus Illyrios, conlocata in insidiis manu, quosdam ex suis habitu Illyriorum instruxit et iussit uastare suam [id est Epiroticam] regionem. quod cum Illyrii uiderent fieri, ipsi passim praedari coeperunt, eo securius quod praecedentes ueluti pro exploratoribus habebant: a quibus ex industria in loca iniqua deducti caesi fugatique sunt. 10

460

Leptines quoque Syracusanus aduersus Carthaginienses uastari suos agros et incendi uillas castellaque quaedam imperauit: Carthaginienses, a suis id fieri rati, et ipsi tamquam in adiutorium exierunt exceptique ab insidiatoribus fusi sunt. 11

465

Maharbal, missus a Carthaginiensibus aduersus Afros rebellantis, cum sciret gentem auidam esse uini, magnum eius modum mandragora permiscuit, cuius inter uenenum ac soporem media uis est: tum proelio leui commisso ex industria cessit. nocte deinde intempesta relictis intra castra quibusdam 12

§7 aa. 147–139 aC || **§8** a. 181 aC: Liu. 40.30–32, de bello Celtiberico referens || **§9** a. incert. aC || **§10** a. incert. aC || **§11** a. 397/6 aC: Polyaen. 5.8.1 || **§12** a. 396 aC: Polyaen. 5.10.1, Himilconi hoc stratagema tribuens

443 *sqq. exemplum 7 om.* **K** || **443** Celtiberorum *del. cens. Oudendorp*: Lusitanorum *Dederich* || **444–446** *pergit* **C** *unde supra (428–433)*: similiter et limosa loca fluminumque obiectio. *cf. exempla 20, 23 infra* || **444** uoraginosum **β**: uoragini[st]um **H – h**[2] || **445** inmersosqu[a]e **H – h**[2] || **447** Cimbrico] Celtiberico *Oudendorp ex Liuio* || **448** simulata[que] **H** | fuga regredi *intellegendum indicauit* **h**[2]: fugare gredi **H**: fugare credi **γ**: fuga recedi **O**[ac]: fuga recedere **oLT**: fuga recessit **K**: fuga recedit **ς** || **449** Cimbris] Celtiberis *Oudendorp* || **450** per] pro **H**[ac2] || **451** occultos **H**[ac2] || **452** effusosque eos **O**[ac] || **457** Epirotes *Zechmeister*: epirotis **H**: ex epi(-y-)rotis **β**: rex epirotarum **Tς** || **458** id est Epiroticam *del. Schrijver* || **459** uident **H**[ac2] || **462** Leptines *editores*: Leptenes *codd.* (Z- *minio scriptum* **o**) || **468** soporem **ς**: saporem **Hβ**

sarcinis et omni uino infecto fugam simulauit; cumque barbari occupatis castris in gaudium effusi auide medicatum merum hausissent et in modum defunctorum strati iacerent, reuersus aut cepit eos aut trucidauit. 470

13 Hannibal, cum sciret sua et Romanorum castra in eis locis esse quae lignis deficiebantur, ex industria in regione deserta plurimos armentorum greges intra uallum reliquit, qua uelut praeda Romani potiti in summis lignationis angustiis insalubribus se cibis onerauerunt. Hannibal, reducto nocte exercitu, securos eos et semicruda graues carne maiorem in modum uexauit. 475

14 Ti. Gracchus in Hispania, certior factus hostem inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit; quae adeptum hostem et repertis intemperanter repletum grauemque reducto exercitu subito oppressit. 480

15 ⟨C⟩hi⟨i⟩, qui aduersus Erythraeos bellum gerebant, speculatorem eorum in loco edito deprehensum occiderunt et uestem eius suo militi dederunt, qui ex eodem iugo Erythraeos signo dato in insidias euocauit.

16 Arabes, cum esset nota consuetudo eorum qua de aduentu hostium interdiu fumo, nocte igne significare instituerant, ut sine intermissione ea fierent praeceperunt, aduentantibus autem aduersariis intermitterentur; qui cum cessantibus luminibus existimarent ignorari aduentum suum, auidius ingressi oppressique sunt. 485

17 Alexander Macedo, cum hostis in saltu editiore castra communisset, subducta parte copiarum praecepit his quos relinquebat ut ex more ignes ⟨ex⟩citarent speciemque praeberent totius exercitus: ipse per auias regiones circumducta manu hostem superiore adgressus loco depulit. 490

18 Memnon Rhodius [rex], cum equitatu praeualeret et hostem in collibus se continentem in campos uellet deducere, quosdam ex militibus suis sub specie perfugarum misit in hostium castra, qui adfirmarent exercitum Memnonis tam perniciosa seditione furere ut subinde aliqua pars eius dilaberetur. huic adfirmationi ut fidem faceret, passim in conspectu hostium iussit parua 495

§ 13 a. incert. aC || § 14 a. 179/8 aC || § 15 a. incert. aC: Herodot. 1.18; Polyaen. 8.66 || § 17 a. 327 aC; aliter Polyaen. 4.3.29; Q. Curt. 7.11.1 sq.; Arrian. 4.18.4 sq. || § 18 a. incert. aC; paulo aliter Polyaen. 5.44.2

471 medi[cc]catum **H** || 475 qua] quibus **O**[ac]**T** || 476 onerauerunt **H**: (h)onerarunt **β** || 478 Ti. *editores*: T. **Hβ** || 482 Chii *Oudendorp ex Herodoto et Polyaeno*: Hi(-i) **Hβ** || 483 depr[a]ehensu[s]⟨m⟩ **H**–**h**[2] || 490 hostis **β**: hostes **H** | editiore **β**: ditiore **H** | subducta *Gundermann*: inducta **Hβ**: secum ducta **ς**: seducta *uulgo* || 491 excitarent *editores*: citarent **Hβ** || 492 auias] deuias **T**: alias **ζ** || 493 depulit **h**[2] (deptulit **H**[ac]): detulit **β** (*corr.* **oTς**) || 494 hrhodius **H** | rex *del. Oudendorp* || 496 perfugarum **H**: perfugae **β** (*corr.* **T**) || 497 tam *Oudendorp*: iam **Hβ** | ut **Wδ**: et **H**: et ut **PK**

castella muniri, uelut in ea se recepturi essent qui dissidebant. hac persua-
500 sione sollicitati qui in montibus se continuerant, in plana descenderunt et
dum castella temptant ab equitatu circumuenti sunt.

19 Harrybas rex Molossorum, bello petitus a Bardyli Illyrio maiorem ali-
quanto exercitum habente, amolitus inbelles suorum in uicinam regionem
Aetoliae famam sparsit tamquam urbes ac res suas Aetolis concederet: ipse
505 cum his qui arma ferre poterant insidias in montibus et locis confragosis dis-
tribuit. Illyrii, timentes ne quae Molossorum erant ab Aetolis occuparentur,
uelut ad praedam festinantes neglectis ordinibus adcelerare coeperunt; quos
dissipatos, nihil tale exspectantes, Harrybas ex insidiis fudit fugauitque.

20 T. Labienus C. Caesaris legatus aduersus Gallos, ante aduentum Ger-
510 manorum, quos auxilio his uenturos sciebat, confligere cupiens, diffidentiam
simulauit, positisque in diuersa ripa castris profectionem edixit in posterum
diem. Galli, credentes eum fugere, flumen quod medium erat instituerunt
transmittere: Labienus circumacto exercitu inter ipsas superandi amnis diffi-
cultates eos cecidit.

515 21 Hannibal, cum explorasset neglegenter castra Fului Romani ducis munita,
ipsum praeterea multa temere audere, prima luce, cum densiores nebulae
praestarent obscuritatem, paucos equites munitionum nostrarum uigilibus
ostendit; quo Fuluius repente mouit exercitum. Hannibal per a[d]uersam
partem castra eius occupauit et illa in tergum Romanorum effusus octo milia
520 fortissimorum militum cum ipso duce trucidauit.

22 Idem Hannibal, cum inter Fabium dictatorem et Minucium magistrum
equitum diuisus esset exercitus et Fabius occasionibus immineret, Minucius
pugnandi cupiditate flagraret, castra in campo qui medius inter hostes erat
posuit et, cum partem peditum in confragosis rupibus celasset, ipse ad euo-
525 candum hostem misit qui proximum tumulum occuparent: ad quos oppri-

§19 a. incert. aC; de Harryba narrant Iustin. 7.6.11, 8.6.4,7; Trogus prol. 8; Oros. 3.12.8 || §20 a. 53 aC: Caes. b. G. 6.7–8; Dio 40.31 || §21 a. 210 aC: Appian. Hann. 48; Liu. 27.1 || §22 a. 217 aC: Liu. 22.28; Polyb. 3.104–105

499 ea se recepturi **β**: eas erepturi **H** | dissedebant **H** || 500 discederunt $\mathbf{H}^{ac2}$ || 502 Harrybas *editores ex Iustino, Trogo, Orosio:* Harridas *codd.* | petitus **ος**: potitus **Hβ**: prouocatus **T** | a Bardyli *Dederich* (a Bardylie *iam Henri de Valois ex Diodori 16.4*): abardi(a)e *codd.* || 503 habente **β**: habentem **H** | amolitus **ς**: molitus **Hβ** || 505 iis **PLK** | ferre **β**: ferme **H** || 507 neclectis **H** || 508 harribas **H**: harridas **β** || 509 labi[a]enus **H** – $\mathbf{h}^2$ || 511 edixit **β**: eduxit **H** || 513 tramittere **δ** (*corr.* **ε**) || 515 Fului $\mathbf{H}^{ac}$: Fuluii $\mathbf{h}^2$**β** || 518 cognito *post* fuluius *suppl.* **T** | repentino … exercitu[m] **H** | auersam *Guyet, etiam repugnante Appiano*: aduersam **Hβ**: diuersam *uulgo* || 519 illa **β**: ille **H**: ita *uulgo*: *om.* **T**: illac, illam **ς** || 522 immineret **β**: immineret et **H** || 524 euocandum **β**: uocandum **H**

mendos cum eduxisset copias Minucius, insidiatores ab Hannibale dispositi subito consurrexerunt, et delessent Minuci exercitum, nisi Fabius periclitantibus subuenisset.

23 Idem Hannibal, cum ad Trebiam in conspectu haberet Sempronii Longi consulis castra, medio amne interfluente, saeuissima hieme Magonem et 530 electos in insidiis posuit; deinde Numidas equites ad eliciendam Semproni credulitatem adequitare uallo eius iussit, quibus praeceperat ut ad primum nostrorum incursum per nota refugerent uada. hos consul et adortus temere et secutus ieiunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rigefecit: mox torpore et inedia adfectis Hannibal suum militem opposuit, quem ad id 535 ignibus oleoque et cibo fouerat; nec defuit partibus Mago quin terga hostium in hoc ordinatus caederet.

24 Idem ad Trasumennum, cum arta quaedam uia in⟨ter lacum et⟩ radices montis in campos patentes duceret, simulata fuga per angustias ad patentia euasit ibique castra posuit, ac nocte dispositis militibus et per collem qui im- 540 minebat et in lateribus angustiarum, prima luce, nebula quoque adiutus, aciem direxit: Flaminius uelut fugientem insequens, cum angustias esset ingressus, non ante prouidit insidias quam simul a fronte lateribus tergo circumfusus ad internicionem cum exercitu caederetur.

25 Idem Hannibal aduersus Iunium dictatorem nocte intempesta dc equiti- 545 bus imperauit ut in plures turmas segregati per uices sine intermissione circa castra hostium se ostentarent. ita tota nocte Romanis in uallo statione ac pluuia (quae forte continua fuerat) inquietatis confectisque, cum receptui signum man⟨e⟩ Iunius dedisset, Hannibal suos requietos eduxit et castra eius inuasit. 550

26 Epaminondas Thebanus in eundem modum, cum Lacedaemonii a⟨d Is⟩thmon uallo ducto Peloponeson tuerentur, paucorum opera leuis armaturae tota nocte inquietauit hostem; ac deinde prima luce ⟨re⟩uocatis suis, cum Lacedaemonii se recepissent, subito uniuersum exercitum, quem quie-

§23 a. 218 aC: Liu. 21.54; Polyb. 3.71 sq.; Appian. Hann. 7; Zonar. 8.24 ‖ §24 a. 217 aC: Liu. 22.4; Polyb. 3.83 sq. ‖ §25 a. 216 aC: Polyaen. 6.38.6; Zonar. 9.3 ‖ §26 a. 369 aC: Polyaen. 2.3.9; Xen. Hell. 7.1.15–18; Diodor. 15.68

530 medio[s] **H**–**h**^{2} | hieme] geme **H**^{ac2} ‖ 531 eliciendam **δ**: eligendam **H**: deliciendam **γ** ‖ 532 credulitatem] crudelitatem **ε** ‖ 536 fouerat] fuerat **H**^{ac2} | nec] nec uero **OT** | quin **ς**: qui **Hβ** ‖ 538 inter lacum et radices *Hartel ex Liuio*: in radices **Hβ**: per radices, in radice **ς** ‖ 539 patentia **β**: patenti **H** ‖ 543 a] in **H**^{ac2} ‖ 544 caederetur **β**: cederet **H** ‖ 545 [ie]iunium **H**–**h**^{2} | dc **H**: sescentis **β** ‖ 546 in *om.* **δ** (per *suppl.* **o**) ‖ 549 mane Iunius *Zechmeister*: ⟨ro⟩mani unius **H**–**h**^{2}: iam iunius **β** ‖ 551 *sq.* ad Isthmon *Paulmier*: athmon **Hβ**: ad Onion *Schrijver ex Polyaeno, auctorem ipsum tantum non corrigens* ‖ 553 reuocatis *Oudendorp*: nouatis **H**^{ac} *ut uid.*: uocatis **h**^{2*}**δ**: uocatus **γ**: euocatis *Stewech*

555 tum habuerat, admouit et per ipsa munimenta destituta propugnatoribus prorupit.

Hannibal directa acie ad Cannas dc equites Numidas transfugere iussit, 27 qui ad fidem faciendam gladios et scuta nostris tradiderunt, et in ultimum agmen recepti, ubi primum concurri coepit, strictis minoribus quos occulta-
560 uerant gladiis, scutis iacentium assumptis, Romanorum aciem ceciderunt.

Iapydes P. Licinio proconsuli pag⟨an⟩os quoque sub specie deditionis ob- 28 tulerunt, qui recepti et in postrema acie collocati terga Romanorum ceciderunt.

Scipio Africanus, cum aduersa haberet bina hostium castra, Syphacis et 29
565 Carthaginiensium, statuit Syphacis, ubi multa incendii alimenta erant, adgredi nocte ignemque inicere, ut ea re Numidas quidem ex suis castris trepidantes caederet, Poenos autem, quos certum erat ad succurrendum sociis procursuros, insidiis depositis exciperet. utrumque ex sententia cessit: tamquam ad fortuitum incendium sine armis procurrentis adortus cecidit.

570 Mithridates, a Lucullo uirtute frequenter superatus, insidiis eum adpetiit, 30 Adathante quodam eminente uiribus subornato ut transfugeret et fide parta hosti facinus perpetraret. quod is strenue quidem sed sine euentu conatus est: receptus enim a Lucullo in gregem equitum non sine tacita custodia habitus est, quia nec credi subito transfugae nec inhiberi reliquos oportebat.
575 cum deinde frequentibus excursionibus promptam et enixam operam exhiberet, fide acquisita, tempus elegit quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant praetoriumque secretius praestabant. casus adiuuit Lucul-

§27 a. 216 aC: Liu. 22.48; Val. Max. 7.4 ext.2; Flor. 2.6.16; Sil. It. 10.185 sq.; Appian. Hann. 20,22,23; Zonar. 9.1 || **§28** a. incert. aC: de Iapydibus dicit Liu. 43.5.3 || **§29** a. 203 aC: Liu. 30.5–6; Polyb. 14.1–5; Appian. Pun. 18–23; Zonar. 9.12 || **§30** a. 72 aC: de Olthaco transfuga narrat Plut. Lucull. 16, de Olcaba Appian. Mithr. 79

555 in(ir-)rupit **δ** || 557 derecta **H**[ac2] | dc *codd.*: quingenti *apud Liuium et Appianum* || 557 *sq.* iussit ... scuta (*39 litt.*) *om.* **H**, *suppl.* **h**[2] || 561 *sqq. exemplum 28 om.* **O**[ac]**T**: *causa erroris patet* || 561 Iapydes *Oudendorp ex Liuio*: iapies **H**: iapy(-i-)ges **β** | paganos *Stewech*: pagos **Hβ**: paucos *Schrijver*: pugnacissimos quosque *Goetz* || 564 aduersa **δ**: [a]uersa **H**–**h**[2] (*3 litt.*): auersa **γ** || 565 incendii **β**: incendia **H**: incendiis *uulgo* || 566 nocte **β**: noctem **H** || 567 succerrendum **H**[ac2] || 568 procursuros insidiis *om.* **γ** | ex sententia[m] cessit **H**–**h**[2]: ex sententia incessit **β** ([in]cessit **O**): *peccauerat* **ω** || 568 *sq.* tamquam ad *Bendz*: tamqui ad **H**: tam namque qui ad **β**: tam namque siphacis castra incendit quam alios ad *uoluit* **o**: namque ad **ς**: namque sine armis ad **ζ**: namque ut ad *Goetz*: nam ⟨et Numidas castris exutos et Poenos tam⟩quam ad *Graeve ex Liuio* || 571 adathante quodam **β**: adath antequam **H**: athante quodam **T**. *a Plutarcho transfuga* Ὀλθακός *nominatur, ab Appiano* Ὀλκάβας | eminente **β**: eminentem **H**[ac], -ti **h**[2] | parta] pacta **ς**: facta *Stewech* || 574 *pergit* **C** *unde supra (444–446)*: nec credi subito transfuge oportet || 575 deinde **H**: dein **β** || 576 fide[m] **H**–**h**[2] | eligit **H**[ac2] || 577 ca[s]sus **H**–**h**[2]

lum: nam qui ad uigilantem usque admitteretur, fatigatum nocturnis cogitationibus illo tempore quiescentem inuenit. cum deinde, tamquam nuntiaturus subitum aliquid ac necessarium, intrare uellet et pertinaciter a seruis ua- 580 letudini domini consulentibus excluderetur, ueritus ne suspectus esset, equis quos ante portam paratos habebat ad Mithridatem refugit inritus.

31 Sertorius in Hispania, cum apud Lauronem oppidum uicina castra Pompei castris haberet et duae tantummodo regiones essent ex quibus pabulum peti posset, una in propinquo, altera longius sita, eam quae in propinquo erat 585 subinde a leui armatura infestari ⟨iussit⟩, ulteriorem autem uetuit ab ullo armato adiri, donec persuasit aduersariis tutiorem esse quae erat remotior. quam cum petissent Pompeiani, Octauium Graecinum cum decem cohortibus in morem Romanorum armatis et decem Hispanorum leuis armaturae et Tarquitium Priscum cum duobus milibus equitum ire iubet ad insidias ten- 590 dendas pabulatoribus. illi strenue imperata faciunt. explorata enim locorum natura, in uicina silua nocte praedictas copias abscondunt, ita ut in prima parte leues Hispanos, aptissimos ad furta bellorum, ponerent, paulo interius scutatos, in remotissimo equites, ne fremitu eorum cogitata proderentur: quiescere omnes silentio seruato in horam tertiam diei iubent. cum 595 deinde Pompeiani securi oneratique pabulo de reditu cogitarent, et hi quoque qui in statione fuerant quiete inuitati ad pabulum colligendum dilaberentur, emissi primum Hispani uelocitate gentili in palantes effunduntur, et conuulnerant confunduntque nihil tale exspectantes. prius deinde quam resisti his inciperet, scutati erumpunt e saltu, et redeuntes in ordi- 600 nem consternant auertuntque: fugientibus equites inmissi toto eos spatio quo redibatur in castra persecuti caedunt. curatum quoque ne quis effugeret: nam reliqui ccl equites praemissi facile per compendia itinerum effusis

§31 a. 76 aC: Appian. b. c. 1.109; Plut. Sert. 18,26; Sall. hist. 2.29–31 Mb. (1.120 Mb.?); Iul. Obseq. 58. nusquam hodie apud Liuium comparet quod ei hic tribuitur

578 admitteretur **β**: admitterentur **H** | cogitationibus **Tς**: cogitantibus **H**: cogitatibus **β** || 579 et *ante* illo *add.* **o** | quiescentem **h**[2]: quiescentes **H**[ac]**β** || 586 iussit *post* infestari *suppl.* **T**, *quod ante eandem uocem supplere recusauit Gundermann* | armato (*ex* u)[ra?] **H**–**h**[2] || 588 Graecinum *Oudendorp ex Plutarcho*: gr(a)ecinium **Hβ** || 590 Tarquitium *Oudendorp ex Sallustio*: tarquinium **Hβ** | ire **β**: iur[a]e **H**–**h**[2] || 593 leuos **γ** || 594 in remotissimo] inde remotissimos **OTς**: in remotissimos **LKς** | eorum] equorum **oς** || 595 iubent **lς**: iubet **Hβ** || 596 securi oneratique **ς**: securatique **H**: securi curatique **β**: securi seruatique **O**[ac]: securi sarcinatique **T**: securi grauatique *Gronow*: securi curuatique *Oudendorp, impar sibi* || 597 in statione **β**: instructione **H** || 598 palantes **H**: palantis **β** || 599 tale **β**: tam **H** || 600 erumpunt e saltu **β**: erumpentes saltu **H** | redeuntis **PO** || 601 consternunt **ς** | auertuntque **H**: uertuntque **β** | eos **β**: eo **H** || 602 redibatur **ς**: rediebatur **Hβ**: redibant **ζ** | caedunt **β**: caeduntur **H** || 603 nam **β**: non **H** | ccl **H**[ac]: ccd **h**[2*]**β**: dcc **o***: ducenti **T** | effusis] effesis **H**[ac2]

habenis, antequam ad castra Pompei perueniretur, conuersi occurrerunt eis
605 qui primi fugerant. ad cuius rei sensum Pompeio emittente legionem cum D. Laelio in praesidium suorum, subducti in dextrum latus uelut cesserunt equites, deinde circumita legione hanc quoque ⟨a⟩ tergo infestauerunt, cum iam et a fronte qui pabulatores persecuti erant incursarent. sic legio quoque inter duas acies hostium cum legato suo elisa est. ad cuius praesidium Pom-
610 peio totum educente exercitum, Sertorius quoque e collibus suos instructos ostendit, effecitque ne Pompeio ⟨progredi⟩ expediret: ita praeter duplex damnum eadem sollertia inlatum, spectatorem quoque eum cladis suorum continuit. hoc primum proelium inter Sertorium et Pompeium fuit: x milia hominum de Pompei exercitu amissa et omnia inpedimenta Liuius auctor
615 est.

32 Pompeius in Hispania, dispositis ante qui ex occulto adgrederentur, simulato metu deduxit instantem hostem in loca insessa; deinde, ubi res poposcit, conuersus et in fronte et utrisque lateribus ad internicionem cecidit, capto etiam duce eorum Perperna.

620 33 Idem aduersus Mithridaten in Armenia, numero et genere equitum praeualentem, tria milia leuis armaturae et d equites nocte in ualle sub uirgultis quae inter bina castra erant disposuit, prima deinde luce in stationem hostium emisit equites ita formatos ut, cum uniuersus cum exercitu hostium equitatus proelium inisset, seruatis ordinibus paulatim cederent, donec spa-
625 tium darent consurgendi a tergo ob hoc dispositis. quod postquam ex sententia contigit, conuersis qui terga dedisse uidebantur, medium hostem trepidantem cecidit, ipsos etiam equos pedite comminus accedente confodit: eoque proelio fiduciam regi quam in equestribus copiis habebat detraxit.

34 Crassus bello fugitiuorum apud Cantennam bina castra comminus cum

§32 a. 72 aC: Liu. perioch. 96; Flor. 3.22.9; Oros. 5.23.13; Appian. b.c. 1.109, 115; Plut. Pomp. 20; Sall. hist. 1.112 Mb.? || §33 a. 66 aC: Appian. Mithr. 98; Dio 36.47.3–4 || §34 cf. 2.4.7. a. 71 aC: Liu. perioch. 97; Oros. 5.24.6; Plut. Crass. 11; Appian. b.c. 1.118; Sall. hist. 4.5 Mb.? 3.92 Mb.?

604 occurrerunt **β**: occurrerent **H** || 607 circumita *Zechmeister*: et cum ita **Hβ** | legione **H**: legionem **β** | '*uidentur plura excidisse*' (*Gundermann*) | quoque *om.* **δ** | a *suppl.* **Tς** | infestauerunt **H**: infestarent **β** || 611 effecitque **ς**: effecit quoque **Hβ** | progredi *suppl.* **T**, *optime: lacunam denuo deprehendit Guyet*: ⟨id⟩ *suppl. Wasse*: ne Pompeius expediret *Bendz, barbare* || 612 eum cladis **β**: eam cla[u]dis **H**–**h**[2] || 613 hoc – 615 est *uehementer suspecta ut interpolata: cf. infra 34 fin.* || 617 insessa] infesta **oTς** | poposcit **β**: posuit **H** || 618 conuersus **H**: conuersis **β** (*corr.* **L**) || 620 genere **β**: generebus **H**, -ibus *uoluit* **h**[2] | praeualentem **HoLTς**: praeualente **γO**[ac]**Kς** || 622 bina **β**: uina **H**: uiminea *uoluit* **h**[2] | stationem **H**: statione **β** (*corr.* **ς**) || 623 emisit **β**: misit **H** | formatos **Tς**: firmatos **Hβ** || 625 ob] ab **H**[ac2] || 628 regi quam **β**: reliquam **H**

hostium castris uallauit: nocte deinde commotis copiis, manente praetorio in 630
maioribus castris ut fallerentur hostes, ipse omnes copias eduxit et in radicibus praedicti montis constituit; diuisoque equitatu praecepit L. Quintio, partem Spartaco obiceret pugnaque eum frustraretur, parte alia Gallos Germanosque ex factione Casti et Cannici eliceret ad pugnam et fuga simulata deduceret ubi ipse aciem instruxerat. quos cum barbari insecuti essent, 635
equite recedente in cornua, subito acies Romana adaperta cum clamore procurrit. xxxv milia armatorum eo proelio interfecta cum ipsis ducibus Liuius tradit, receptas quinque Romanas aquilas, signa sex et xx, multa spolia, inter quae quinque fasces cum securibus.

35 C. Cassius in Syria aduersus Parthos ducemque ⟨O⟩sacen equitem ostendit a fronte, cum a tergo peditem in confragoso loco occultasset: dein cedente equitatu et per nota se recipiente, in praeparatas insidias perduxit exercitum Parthorum et cecidit. 640

36 Ventidius Parthos et Labienum alacres successibus uictoriarum, dum suos ipse per simulationem metus continet, euocauit, et in loca iniqua deductos 645
adgressus per obreptionem adeo debellauit ut destituto Labieno prouincia excederent Parthi.

37 Idem aduersus Pharnastanis Parthos, cum ipse exiguum numerum militum haberet, illis autem fiduciam ex multitudine uideret increscere, ad latus castrorum xviii cohortes in obscura ualle posuit, equitatu post terga peditum 650
conlocato. tum paucos admodum milites in hostem misit: qui ubi simulata fuga hostem effuse sequentem ultra locum insidiarum perduxere, coorta a latere acie praecipitatos in fugam, in his Pharnastanem, interfecit.

38 C. Caesar, suis et Afranii castris contrarias tenentibus planitias, cum utriusque partis plurimum interesset colles proximos occupare idque propter sa- 655

§35 a. 51 aC: Dio 40.29 || §36 a. 39 aC: Dio 48.39–40; Iustin. 42.4.7–8 || §37 a. 39 aC: Dio 48.41.1–4; Plut. Anton. 33 || §38 cf. 1.8.9. a. 49 aC: Caes. b. c. 1.65–72

630 commotis *Gundermann*: commutatis **Hβ**: communitatis **O**: communicatis, communitis **ς**: coniunctis *Oudendorp* || 633 pugnaque eum **β**: pugnamque eam **H** || 634 cannici **H**: gannici **β** | eliceret **β**: eligeret **H** | fuga **T**, *coni. Oudendorp*: pugna **Hβ** || 637 xxxv milia – 639 securibus] *et haec interpolationis rea* (*cf. supra 31 fin.*): *at si dempseris, claudicat exemplum in fine* || 640 ducemque Osacen *Hartel ex Dione*: ducemq(ue)sacen **H**: ducesacen **γ**: ducens aciem **δ** || 645 euocauit **β**, *om.* **H** || 646 destitu⟨to⟩ **H**–**h**[2]: destituti **β** (*corr.* **ζ**) || 648 pharnastanis **β**: pharnastanes **H**: Pharnastanem et **ς**: Pharnapatis *Oudendorp ex Dione et Plutarcho* || 650 ualle] ualde **H**[ac2] | equitatum *uoluit* **h**[2] || 651 collocato. tum paucos **β**: conlocatum paucos **H** || 652 effus[a]e **H**–**h**[2] || 653 praecipitatos **oKς**: praecipitatis **Hβ**: *locum expediuit Gundermann.* praecipitatis in fugam Parthis, in his Ph. *uulgo* | pharnastanem **WoT**: pharnastatem **HO**[ac]: pharnastanen **PLK** || 654 afranii **β**: afranius **H**: Afranianis *uulgo* | planities **δ**

xorum asperitatem esset difficile, tamquam Ilerdam repetiturum retro agmen ordinauit, faciente inopia fidem destinationi. intra breuissimum deinde spatium exiguo circuitu flexit repente ad montis occupandos. quo uisu perturbati Afraniani uelut captis castris et ipsi effuso cursu eosdem montes petiere; 660 quod futurum cum praediuinasset Caesar, partim peditatu quem praemiserat, partim a tergo summissis equitibus inordinatos est adortus.

39 Antonius apud Forum Gallorum, cum Pansam consulem aduentare comperisset, insidiis per siluestria Aemiliae uiae dispositis agmen eius excepit fuditque, et ipsum eo uulnere adfecit quo intra paucos dies exanimaretur.

665 40 Iuba rex in Africa bello ciuili Curionis animum simulato regressu inpulit in uanam alacritatem; cuius spei uanitate deceptus Curio, dum tamquam fugientem Sabboram regium praefectum persequitur, deuenit in patentes campos, ubi Numidarum circumuentus equitatu, perdito exercitu, cecidit.

41 Melanthus dux Atheniensium, cum prouocatus a rege hostium Xantho 670 Boeotio descendisset ad pugnam, ut primum comminus stetit, 'inique', inquit, 'Xanthe, et contra pactum facis: aduersus solum enim cum altero processisti'. cumque admiratus ille quisnam se comitaretur respexisset, auersum uno ictu confecit.

42 Iphicrates Atheniensis ad Cherronessum, cum sciret Lacedaemoniorum 675 ducem Anaxibium exercitum pedestri itinere ducere, firmissimam manum militum eduxit e nauibus et in insidiis conlocauit, naues autem tamquam omni onustas milite palam transnauigare iussit: ita securos et nihil exspectantes Lacedaemonios a tergo ingressus itinere oppressit fuditque.

43 Liburni, cum uadosa loca obsedissent, capitibus tantum eminentibus fi- 680 dem fecerunt hosti alti maris, ac trierem quae eos persequebatur implicatam uado ceperunt.

§39 a. 43 aC: Liu. perioch. 119; Appian. b.c. 3.66sq.; Cic. ad fam. 10.30; Dio 46.37 || §40 a. 49 aC: Caes. b.c. 2.40–42; Appian. b.c. 2.45; Dio 41.41–42 || §41 a. incert. aC: Polyaen. 1.19; Conon (Phot. cod. 186) 39 || §42 a. 389/8 aC: Xen. hell. 4.8.32sq.; Polyaen. 3.9.44 || §43 a. incert. aC

656 repetiturus **Tς** || 657 testinationi **H**^{ac2} || 658 montis **O**^{ac}**L**^{ac}: monitis **H**: montes **γKolς** | quo uisu **Pδ**: quo uiso **Lς**: qui uiso **H**^{ac}: quos uisos *uoluit* **h**^{2}: quo ui super **W** || 659 curso **H**^{ac2} || 660 peditatu – 661 partim *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} || 661 equitibus **β**: sequentibus **H** | inordinatos **β**: inordinatus **H** || 665 in africa **H**: in africae **β** (*corr.* **T**: in *del.* **o**) | simulatore gressu **H**^{ac2} || 667 sabboram *fere* **β**: sabborum **H** || 669 *sqq. exemplum 41 cum capituli titulo descripsit* **C** || 670 stetit **δW**: stet **αP** || 671 facis **ς**: pacis **ω** || 672 se *om.* **H**^{ac2} | comitaretur **oKTς**: co(m)mittaretur *cett.* || 676 in insidiis **h**^{2}**δ**: insidiis **H**^{ac}**γ** || 676 *sq.* tamquam omni *scripsi* (omni tamquam *Oudendorp*): omnium tamquam **Hβ**: omnes tamquam **ζ** || 677 nihil ⟨tale⟩ *Dederich* | exspectantes] dubitantes **ζ** || 678 adgressus **T**, aggressus in **ς** || 679 uadosa loca **β**: uadoso loco **H** || 680 fecerunt **β**: f[u]erunt **H**–**h**^{2} | ac trierem **h**^{2} (*om.* **H**): ac triremem **β**

44 Alcibiades dux Atheniensium, in Hellesponto aduersus Mindarum Lacedaemoniorum ducem, cum amplum exercitum et plures naues haberet, nocte expositis in terram quibusdam militum suorum, parte quoque nauium post quaedam promunturia occultata, ipse cum paucis profectus ita, ut contemptu 685 sui hostem inuitaret, eundem insequentem fugit, donec in praeparatas insidias perduceret; auersum deinde et egredientem in terram per eos quos ad hoc ipsum exposuerat cecidit.

45 Idem, nauali proelio decertaturus, constituit malos quosdam in promunturio, praecepitque his quos ibi relinquebat ut, cum commissum proelium sen- 690 sissent, panderent uela: quo facto consecutus est ut hostes aliam classem in auxilium ei superuenire arbitrati uerterentur.

46 Memnon Rhodius nauali proelio, cum haberet ducentarum nauium classem et hostium naues elicere ad proelium uellet, ita ordinauit suos ut paucarum nauium malos erigeret easque primas agi iuberet: hostes procul conspi- 695 cati numerum arborum et ex eo nauium quoque coniectantes obtulerunt se certamini et a pluribus occupati superatique sunt.

47 Timotheus dux Atheniensium, aduersus Lacedaemonios nauali acie decertaturus, cum instructa classis eorum ad pugnam processisset, ex uelocissimis nauibus uiginti praemisit quae omni arte uarioque flexu eluderent hostem; 700 ut primum deinde sensit minus agiliter moueri aduersam partem, progressus praelassatos facile superauit.

VI De emittendo hoste, ne clausus proelium ex desperatione redintegret

1a Gallos, eo proelio quod Camilli ductu gestum est desiderantes nauigia qui- 705 bus Tiberim transirent, senatus censuit transuehendos et commeatibus quoque prosequendos.

§44 a.410 aC: Polyaen. 1.40.9; Xen. Hell. 1.1.11–26; Plut. Alcib. 28; Diodor. 13.50 || §45 a. incert. aC || §46 a. incert. aC || §47 a. 375 aC: Polyaen. 3.10.6,12,16 || §1a–b a.349 aC: Liu. 7.25–26

684 in terra[m] **H**–**h**² || 685 occultata **β**: culata **H**ᵃᶜ: celata *uoluit* **h**² | contemptu **β**: contemptus **H** || 686 inuitaret **β**: inuitarent **H** || 687 auersum **H**: aduersum **β** | quos *om.* **H** || 688 cecidit *om.* **γ** || 690 quos ibi] quae sibi **H**ᵃᶜ² | relinquebat ut cum commissum **β**: relinquebatur commissum **H**ᵃᶜ, relinquebat cum commissum *uoluit* **h**² || 692 in fugam *post* uerterentur *add.* **o** || 693 hrodius **H** || 694 elicere **β**: eligere **H** || 695 erigeret **H**²*ς: eligeret **H**ᵃᶜ**β** || 696 optulerunt **H** || 698 aci[a]e **H**–**h**² || 699 cum *om.* **H** | pugnam **H**: pugnandum **β** || 702 'lassatos *conicies*' (*Gundermann*) || 704 ex **T**ς, *editores ex matricula*: in *codd.*

Eiusdem generis hominibus postea per Pomptinum agrum fugientibus uia data est, quae Gallica appellatur. 1b

710 T. Marcius eques Romanus, cui duobus Scipionibus occisis exercitus imperium detulit, cum circumuenti ab eo Poeni, ne inulti morerentur, acrius pugnarent, laxatis manipulis et concesso fugae spatio dissipatos sine periculo suorum trucidauit. 2

C. Caesar Germanos inclusos, ex desperatione fortius pugnantis, emitti 3
715 iussit fugientesque adgressus est.

Hannibal, cum ad Trasumennum inclusi Romani acerrime pugnarent, diductis ordinibus fecit eis abeundi potestatem euntesque sine suorum sanguine strauit. 4

Antigonus rex Macedonum Aetolis, qui in obsidionem ab eo conpulsi 5
720 fame urguebantur statuerantque eruptione facta commori, uiam fugae dedit, atque ita infracto impetu eorum insecutus auersos cecidit.

Agesilaus Lacedaemonius aduersus Thebanos, cum acie confligeret intellexissetque hostes locorum condicione clausos ob desperationem fortius dimicare, laxatis suorum ordinibus apertaque Thebanis ad euadendum uia, 6
725 rursus in abeuntis contraxit aciem et sine iactura suorum cecidit auersos.

Cn. Manlius consul, cum ex acie reuersus capta ab Etruscis Romanorum castra inuenisset, omnibus portis statione circumdatis inclusos hostes in eam rabiem efferauit ut ipse in proelio caderet. quod ⟨ut⟩ animaduerterunt legati eius, ab una porta remota statione exitum Etruscis dederunt et effusos perse- 7
730 cuti, occurrente altero consule Fabio, ceciderunt.

Themistocles uicto Xerxe uolentes suos pontem rumpere prohibuit, cum docuisset aptius esse eum expelli Europa quam cogi ex desperatione pugnare. idem misit ad eum qui indicaret in quo periculo esset nisi fugam maturaret. 8

735 Pyrrhus Epirotarum rex, cum quandam ciuitatem cepisset clausisque por- 9

§2 cf. 2.10.2. a.212 aC: Liu. 25.37–40 || **§3** aa.58–53 aC || **§4** a.217 aC || **§5** a.223–221 aC || **§6** a.394 aC: Polyaen. 2.1.19; Plut. Ages. 18; aliter Xen. Hell. 4.3 || **§7** a.480 aC: Liu. 2.47; Dionys. 9.12 || **§8** a.480 aC: Iustin. 2.13.5; Nep. Them. 5.1; Polyaen. 1.30.4; Herodot. 8.110; Plut. Them. 16; Diodor. 11.19 || **§9** a. incert. aC

708 Pomptinum *editores*: promptinum **Hβ** || **710** T. *codd.*: L. *editores ex Liuio* || **711** cum *om.* **H** || **714** *sq. exemplum 3 sine titulo descripsit* **C** || **714** ⟨et⟩ ex *Oudendorp* || **715** iussit **H**–**h**^{2*}, iusit *ex* misit **C** || **716** trasymennum **H**: trasimennum **γ**: transimennum **δ** | Romani **ς**, *coni. Stewech*: germani **H**^{pc}**β** (ger- **h**^{2*}, *pristina scriptura non apparet*) || **717** '*malim* abeuntesque' (*Gundermann*) || **719** aetolis **Hς**: et horis **γKL**, etholis **OTς** || **720** statuerantque **β**: statuerentque **H** || **725** in abeuntis **β**: inabeuntib(us) **H** || **726** Manlius **ς**: manilius **Hβ** (mallius **L**) | aci[a]e **H**–**h**^{2} | romanorum **H**^{ac}: romana **h**^{2*}**β**: '*nescio an alienum sit*' (*Gundermann*) || **728** ut *suppl.* **T**, *editores*, ubi *suppl.* **o** || **729** porta *Oudendorp*: parte **Hβ** | remota **β**: remoti **H** || **731** cum **β**: eum cum **H** || **733** maturasset **γ**

tis ex ultima necessitate fortiter dimicantes eos qui inclusi erant animaduertisset, locum illis ad fugam dedit.

10 Idem inter praecepta imperatoria memoriae tradidit non esse pertinaciter instandum hosti fugienti, ne non solum ⟨e⟩a re fortius ex necessitate resisteret, sed ut postea quoque facilius acie cederet, ⟨cum sciret⟩ non usque ad perniciem fugientibus instaturos uictores. 740

VII De dissimulandis aduersis

1 Tullus Hostilius rex Romanorum, commisso aduersus Veientes proelio, cum Albani deserto exercitu Romanorum proximos peterent tumulos eaque res turbasset nostrorum animos, clare pronuntiauit iussu suo Albanos id fecisse, ut hostem circumueniret: quae res et terrorem Veientibus et Romanis fiduciam attulit, remque inclinatam consilio restituit. 745

2 L. Sulla, cum praefectus eius, comitante non exigua equitum manu, commisso iam proelio ad hostis transfugisset, pronuntiauit iussu suo id factum; eaque ratione militum animos non tantum a confusione retraxit, sed quadam etiam spe utilitatis, quae id consilium secutura esset, confirmauit. 750

3 Idem, cum auxiliares eius missi ab ipso circumuenti ab hostibus et interfecti essent, uerereturque ne propter hoc damnum uniuersus trepidaret exercitus, pronuntiauit auxiliaris, qui ad defectionem conspirassent, consilio a se in loca iniqua deductos. ita manifestissimam cladem ultionis simulatione uelauit et militum animos hac persuasione confirmauit. 755

4 Scipio, cum Syphacis legati nuntiarent ei, regis sui nomine, ⟨ne⟩ fiducia societatis eius ex Sicilia in Africam transiret, ueritus ne confunderentur

§10 Polyaen. 6.6.3 || §1 a. incert. aC: Liu. 1.27; Val. Max. 7.4.1; auctor de uir. ill. 4; Seru. ad Aen. 8.642; Dionys. 3.24; Polyaen. 8.5. similia Nep. Ages. 6, Datam. 6 || §2 a. incert. aC || §3 a. incert. aC || §4 a. 204 aC: Liu. 29.23–24; Polyaen. 8.16.7; Zonar. 9.12

736 incl[a]usi **H**–**h**[2] | animaduertissent **H** || 738 esse[*l*] **O**, esset **Pς** | pertenacriter **H**[ac2] || 739 ea re *Goetz*: a se **Hβ** (*del.* **o**, *om.* **T**): acie *Oudendorp*: spe *Gundermann olim* || 740 cum sciret *suppl.* **ς**, ratus *suppl. uulgo*: credens *post* uictores *suppl.* **T**: *comma* non … uictores *om.* **ς**, *secl. Oudendorp* || 743 Tullius **γTς** | ueientes **Tς**: uehientes **Hβ**: *item infra* 746 ueientibus **Tς**, uehientibus **Hβ** || 744 eaqu[a]e **H**–**h**[2] || 745 pronuntiauit **β**: pr⟨(a)⟩enuntiauit **H**–**h**[2] | iusso **H**[ac2] || 749 proelio **β**: alio **H** || 750 ea qu[a]e **H**–**h**[2] | quadam **β**: quandam **H** || 751 spem *uoluit* **h**[2] | confirmauit] consummauit **γ** || 754 auxiliaris *Bendz*: auxiliares **h**[2]***oLTς**: auxiliaribus **H**[ac]**γO**[ac]**Kς** || 756 ⟨h⟩ac persuassione **H**–**h**[2] || 757 nuntiarit **H**[ac2] | ne *suppl.* **OTς**, *deest in* **HγLK** || 758 ex sicilia **β**: exilia **H**: auxilia **h**[2]

animi suorum abscisa ⟨spe⟩ peregrinae societatis, dimisit propere legatos, et
760 famam diffudit tamquam ultro a Syphace accerseretur.

Q. Sertorius, cum acie decertaret, barbarum qui ei nuntiauerat Hirtuleium 5
perisse pugione traiecit, ne et in aliorum id notitiam perferret et ob hoc
animi suorum infirmarentur.

Alcibiades Atheniensis, cum ⟨ab⟩ Abydenis proelio urgueretur subitoque 6
765 magno cursu tristem aduentare animaduertisset tabellarium, prohibuit palam
dicere quid adferret. dehinc secreto sciscitatus a Pharnabazo regio praefecto
classem suam oppugnari, celatis et hostibus et militibus proelium finiit ac
protinus ad eripiendam classem ducto exercitu opem tulit suis.

Hannibalem uenientem in Italiam tria milia Carpetanorum reliquerunt; 7
770 quos ille, exemplo ne et ceteri mouerentur, edixit a se esse dimissos, et insu-
per in fidem eius rei paucos leuissimae operae domos remisit.

L. Lucullus, cum animaduertisset Macedonas equites quos in auxilio ha- 8
bebat subito consensu ad hostem transfugere, signa canere iussit et turmas
quae eos sequerentur inmisit. hostis committi proelium ratus transfugientes
775 telis excepit: Macedones, qui uiderent neque recipi se ab aduersariis et
premi ab his quos deserebant, necessario ad iustum proelium conuersi ho-
stem inuaserunt.

Datames dux Persarum aduersum Autophradaten in Cappadocia, cum par- 9
tem equitum suorum transfugere comperisset, ceteros omnes uenire secum
780 iussit, adsecutusque transfugas conlaudauit, quod eum alacriter praecessis-
sent: hortatusque est eos etiam ut fortiter hostem adorirentur. pudor transfu-
gis attulit paenitentiam, et consilium suum, quia non putabant deprehen-
sum, mutauerunt.

§5 a. 75 aC: Oros. 5.23.12 || **§6** a. 409 aC || **§7** a. 218 aC: Liu. 21.23 || **§8** aa. 74–66 aC || **§9** a. 362 aC; aliter Polyaen. 7.21.7, Nep. Datam. 6; aliter Diodor. 15.91

759 spe *suppl. Zechmeister* | pereg⟨r⟩i⟨n⟩ae societatis **H**–**h**^{2}: peregrina societate **β** | propere legatos **oT**, *coni. de Maulde*: pro relegatos (-is **h**^{2}) **Hβ** || 760 accerseretur **h**^{2}: accesseretur **H**^{ac}: accessiretur **γoς**: arcessiretur **O**^{ac}: accersiretur **LKT** || 761 hyrtuleium **H**: hirtulegium **β** (*corr.* **L**) || 762 pugione ... hoc *om.* **O**, ⟨ne⟩ animi ... infirmarentur ⟨peremit⟩ *suppl.* **o** | id **h**^{2*}**L**: ad **H**^{ac}**Pς**: *om.* **WKTς** || 764 ab *suppl. editores* || 764 *sq.* subitoque magno cursu **h**^{2}**β**: subito quem cursu **H**^{ac} || 765 tabellorum **H**^{ac2} || 766 dehinc **H**: dein **β**: deinde **ζ** | secreto sciscitatus **β**: secretos sciscitatos **H** | pharnabazo **H**: pharnabanzo **γ**, pharnabenzo **δ** (*corr.* **T**) || 767 finiit **OTς**: finit **HγLKς** || 769 Carpetanorum *Casaubon ex Liuio*: carpentarium **H**: carpentariorum **β** || 770 quos **ς**: quo **HLT**: quo[*l*] **O**: quod **γKς** | edixit] eduxit **H**^{ac2} || 772 *sqq. exempla 8, 9 cum titulo capituli descripserunt exc. Par.* || 772 macedones **h**^{2*}**ς**, *exc. Par.* || 775 *interpunxit Gundermann* (macedones **Hβ**, qui **H**): excepit Macedonas. qui cum (**β**) uiderent *e. q. s. uulgo* || 781 adorerentur **H**^{ac2} || 782 quia **β**: qui **H** | deprehensum **β**: deprensum **H**

10 T. Quintius Capitolinus consul cedentibus Romanis ementitus est in altero cornu hostes fugatos, et ita confirmatis suis uictoriam retulit. 785

11 Cn. Man[i]lius aduersus Etruscos, uulnerato collega M. Fabio qui sinistrum cornu ducebat, et ob id ea parte cedente, quod etiam occisum crederent consulem, cum turmis equitum occurrit, clamitans et collegam uiuere et se dextro cornu uicisse; qua constantia redintegratis animis suorum uicit.

12 Marius aduersus Cimbros et Teutonos, cum metatores eius per inprudentiam ita castris locum cepissent ut sub potestate barbarorum esset aqua, flagitantibus eam suis, digito hostem ostendens 'illinc' inquit 'petenda est': quo instinctu adsecutus est ut protinus barbari tollerentur. 790

13 T. Labienus post Pharsalicam pugnam, cum uictis partibus Dyrrhachium refugisset, miscuit uera falsis et, non celato exitu pugnae, aequatam partium fortunam graui uulnere Caesaris finxit, et hac adsimulatione reliquis Pompeianarum partium fiduciam fecit. 795

14 M. Cato, cum Ambraciam eo tempore quo sociae naues ab Aetolis oppugnabantur inprudens uno lembo appulisset, quamquam nihil secum praesidii haberet, coepit signum uoce gestuque dare, quo uideretur subsequentis suorum nauis uocare; eaque adseueratione hostem terruit, tamquam plane adpropinquarent, qui quasi ex proximo citabantur. Aetoli, ne aduentu Romanae classis opprimerentur, reliquerunt oppugnationem. 800

VIII De restituenda per constantiam acie

1 Seruius Tullius adulescens, proelio quo rex Tarquinius aduersus Sabinos conflixit, signiferis segnius dimicantibus raptum signum in hostem misit; cuius recuperandi gratia Romani ita ardenter pugnauerunt ut et signum et uictoriam retulerint. 805

§ 10 a. 468 aC: Liu. 2.64.5–7; Dionys. 9.57 || § 11 a. 480 aC; paulo aliter Liu. 2.46–47; Dionys. 9.11 || § 12 a. 102 aC: Flor. 3.3.7–10; Plut. Mar. 18, apopth. Mar. 4 || § 13 a. 48 aC: Cic. de diu. 1.68 || § 14 a. 191 aC || § 1 a. incert. aC: Dionys. 3.65. simile strategema infra, 2,3,4,5: cf. Liu. 4.29.3; Caes. b. G. 4.25; Val. Max. 3.2.20; Flor. 1.11

786 Cn. Manlius ς (Manllius **K**): Gn. manilius **Hβ**: M. Fabius … collega Manlio *Dederich ex Liuio* | collega M. *Gundermann*: collegam **H**^{ac}: collega **h**^{2}**β** (collegas **P**) || 786 *sq.* sinistrum cornu ducebat **β**: sinistrum docebat **H** || 787 id *om.* **H** | ea *om.* **β** || 789 uicesse **H**^{ac2} || 792 inquit] quot **H**^{ac2} | quo[d] **H** – **h**^{2} || 795 non *del.* **o**, *om.* **L** || 796 reliquiis *de Maulde* || 802 e **δ** | proximo] primo **H**^{ac2} || 804 restituenda **T**ς *ex matricula*: constituenda **HγK** || 806 confli[c]xi⟦t⟧ **H** – **h**^{2} | raptim **h**^{2*} || 807 recuperandi **H**: recipiendi **β** | ardente⟦r⟧ **H** – **h**^{2*}

Furius Agrippa consul cedente cornu signum [militare] ereptum signifero 2
810 in hostes Hernicos et Aequos misit; quo facto eius proelium restitutum est; summa enim alacritate Romani ad recipiendum signum incubuerunt.

T. Quintius Capitolinus consul signum in hostes Faliscos eiecit militesque 3 id repetere iussit.

M. Furius Camillus tribunus militum consulari potestate, cunctante exer- 4
815 citu, arreptum manu signiferum in hostes Volscos et Latinos traxit: ceteros puduit non sequi.

[Saluius Pelignus bello Persico idem fecit.] 5

M. Furius auerso exercitu, cum occurrisset, adfirmauit non recepturum se 6 in castra quemquam nisi uictorem; reductisque in aciem uictoria potitus est.

820 Scipio apud Numantiam, cum auersum suum uideret exercitum, pronun- 7 tiauit pro hoste sibi futurum quisquis in castra redisset.

Seruilius Priscus dictator, cum signa legionum ferri in hostis Faliscos ius- 8 sisset, signiferum cunctantem occidi imperauit; quo exemplo perterriti ⟨ceteri⟩ hostem inuaserunt.

825 [Cossus Cornelius magister equitum aduersus Fidenates idem fecit.] 9

Tarquinius aduersus Sabinos cunctantes equites detractis frenis concitatis- 10 que equis perrumpere aciem iussit.

M. Atilius consul bello Samnitico ex acie refugientibus in castra militibus 11

§2 a. 446 aC: Liu. 3.70.2–11 || **§3** a. 431 aC; aliter Liu. 4.26, 29 || **§4** a. 386 aC: Liu. 6.6–8 || **§[5]** a. 168 aC: Plut. Aem. 20 || **§6** a. 381 aC: Liu. 6.23–24 || **§7** a. 133 aC: de hac obsidione horrenda narrat Petronius, sat. 141.11 || **§8** a. 418 aC; aliter Liu. 4.46–47 || **§[9]** a. 426 aC: Liu. 4.31–33; Flor. 1.11.2–3 || **§10** a. incert. aC: Liu. 1.37.3 || **§11** cf. paulo aliter infra 4.1.29. a. 294 aC: Liu. 10.35–36

809 militare *deleui. cuiusnam generis hoc signum fuisset nisi militaris?* || **810** Hernicos] Volscos *Dederich ex Liuio*: etruscos **T** | facto **ς**: pacto **Hβ** || **812** Capitolinus *delendum*, Volscos *pro* Faliscos *scribendum iudicat Oudendorp collato Liuio* || **813** id *om.* **H**[ac2]**ζ**, *neque multum desiderares, si abesset* || **814** exercitu **β**: exercitum **H** || **815** arreptum **LTς**: arrectum **Hβ** || **817** Saluius ... fecit *om.* **K**, *eiecit Woelfflin, ante praecedens exemplum traiecit Oudendorp, collato Plut. Aem. 20* || **818** *sqq. exempla 6, 7 titulo* DE CONSTANCIA *praefixo descripsit* **C** || **818** M. Furius] idem *Oudendorp* | auerso exercitu **oL**: aduerso exercitu **Cβ**: aduersu[(m)] exercitu[(m)] **H**–**h**[2*] || **819** uictoria **β**: uictoriam **α** || **821** sibi] sebi **H**[ac2] || **822** *sqq. exempla 8, 9, 10 cum titulo capituli descripserunt exc. Par.* || **822** Seruilius *Schrijver ex Liuio*: Siuilius **Hβ**: Fuluius **ζ** | ferri **β**: ferrit **H**[ac] (-et **h**[2]) || **823** ceteri *post* perterriti *suppl.* **Tς**, *post* hostem **o** || **825** Cossus ... fecit *om.* **K**, *eiecit Woelfflin, post insequens exemplum traiecit Oudendorp collato Flor. 1.11.3* || **827** ⟨procurrere et⟩ perrumpere *uulgo*: prorumpere **ζ** || **828** *sq. uerba* M. Atilius – opposuit *excerpsit* **C** || **828** aci[a]e **H**–**h**[2]

aciem suorum opposuit, adfirmans secum et bonis ciuibus dimicaturos eos, nisi cum hostibus maluissent. ea ratione uniuersos in aciem reduxit. 830

12 L. Sulla, cedentibus iam legionibus exercitui Mithridatico ductu Archelai, stricto gladio in primam aciem procucurrit, appellansque milites dixit, si quis quaesisset ubi imperatorem reliquissent, responderent, pugnantem in Boeotia; cuius rei pudore uniuersi eum secuti sunt.

13 Diuus Iulius ad Mundam, referentibus suis pedem, equum suum abduci a 835 conspectu iussit, et in primam aciem pedes prosiluit. milites, dum destituere imperatorem erubescunt, redintegrauerunt proelium.

14 Philippus, ueritus ne impetum Scytharum sui non sustinerent, fidelissimos equitum a tergo posuit, praecepitque ne quem commilitonum ex acie fugere paterentur; perseuerantius abeuntis trucidarent. qua denuntiatione cum effe- 840 cisset ut etiam timidissimi mallent ab hostibus quam ab suis interfici, uictoriam acquisiuit.

De his quae post proelium fiunt

IX Si res prospere cesserit, de consummandis reliquiis belli

1 C. Marius, uictis proelio Teutonis, reliquias eorum (quia nox interuenerat) 845 circumsedens, sublatis subinde clamoribus per paucos suorum territauit insomnemque hostem detinuit; ex eo adsecutus ut postero die inrequietum facilius debellaret.

2 Claudius Nero, uictis Poenis, quos Hasdrubale duce in Italiam ex Hispania traicientes exceperat, caput Hasdrubalis in castra Hannibalis eiecit: quo 850 factum est ut et Hannibal luctu [nam frater occisus erat] et exercitus desperatione aduentantis proelii adfligeretur.

§12 a. 85 aC: Plut. Sulla 21; Polyaen. 8.9.2; Appian. Mithr. 49; Amm. Marc. 16.12.41 || §13 a. 45 aC: Polyaen. 8.23.16; Plut. Caes. 56; Appian. b. c. 2.104; Vell. 2.55.3 || §14 a. incert. aC; aliter Iustin. 1.6.10–13 || §1 a. 102 aC || §2 a. 207 aC: Liu. 27.51; auctor de uir. ill. 48; Zonar. 9.9

829 aciem suorum] equitum stationem *Oudendorp ex Liuio* | *post* opposuit *pergit* **C** at illi ea ratione in aciem fortiter fuerant reducti || 831 archelai **β**: archelaus **H** || 833 responderent **β**: responderunt **H** || 835 equom $\mathbf{H}^{ac2}$ || 843 fiunt] agenda sunt **ς** || 844 cessissent $\mathbf{h}^{2}$ | reliquiis **β**: reliquis **H** || 845 interuenerat **T**, *coni. Gronow*: circumuenerat **Hβ** || 849 Claudius] Cl. **Hγ**, C. L. **OK**: C. **L**: L. **T** | in Italiam **Tς**: in italia **Hβ** || 851 nam frater occisus erat *del. Oudendorp*: fratris occisi **ς**

L. Sulla his, qui Praeneste obsidebantur, occisorum in proelio ducum capita hastis praefixa ostendit, atque ita obstinatorum peruicaciam fregit. 3

855 Arminius dux Germanorum capita eorum quos occiderat similiter praefixa ad uallum hostium admoueri iussit. 4

Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obsideret et Armenii pertinaciter uiderentur toleraturi obsidionem, in Vadandum ex megistanis quos ceperat animaduertit, caputque eius ballista excussum intra munimenta hostium mi-860 sit. id forte decidit in medium consilium, quod cum maxime habebant barbari; ad cuius conspectum uelut ostento consternati ad deditionem festinauerunt. 5

Hermocrates Syracusanus, superatis acie Carthaginiensibus, ueritus ne captiui, quorum ingentem manum in potestatem redegerat, parum diligenter 865 custodirentur, quia euentus dimicationis in epulas et securitatem compellere uictores poterat, finxit proxima nocte equitatum hostilem uenturum; qua exspectatione adsecutus est ut solito attentius uigiliae agerentur. 6

Idem, rebus prospere gestis et ob id resolutis suis in nimiam securitatem somnoque et mero pressis, in castra ⟨hostium⟩ transfugam misit qui praemo-870 neret †se fuga†; dispositas enim ubique a Syracusanis insidias. quarum metu illi con|tinuerunt se intra castra: Hermocrates detentos eos postero die habi- 7

§3 a. 82 aC: Appian. b.c. 1.93–94 || §4 a. 9 pC || §5 a. 60 pC. de Adduo quodam megistano dicit Vell. 2.102 || §6 a. incert. aC || §7 a. 413 aC: Polyaen. 1.43.2; Thuc. 7.73; Plut. Nic. 26; Diodor. 13.18

855 Arminius *editores*: Armenius **β**: Armenus **HTς** || 858 tolleratori **H**[ac2] | uadandum **H**: uaduadum **β**: Adduum *Oudendorp ex Velleio* | '*exciditne* unum *ante* ex?' (*Gundermann*) | megistanis *editores*: megestanis **Hβ**: megistanibus *Oudendorp* || 859 ballista **β**: ballistae **H** || 860 cum **HW**: tum **Pδ**: tunc **Kς**: tum cum *uulgo* || 863 *sqq. exemplum 6 praemisso indice* DE HIS QV(A)E POST PRELIVM FIVNT *descripsit* **C** || 863 aci[a]e **H**–**h**[2] | Carthaginiensibus] Atheniensibus *Schrijver*: Catinensibus *ten Nuyl* || 865 quia **o Tς**: qui **ω**: quod *uulgo* || 866 poterant **H** || 867 ut *om.* **α** || 868 *sqq. uerba* idem – 870 metu *omisso commate* et ob id ... securitatem *excerpsit* **C** || 869 hostium *suppl. Dederich* | qui] quo **T** || 869 *sq.* praemoneret se fuga **α** (premoueret **H**[ac2]): praemoneret (praetendebat **ς**) se (sese **T**) fuga lapsum (elapsum **ς**) **β**: praemoneret de fuga *Hedicke*: prohiberet eos a fuga *Gundermann, 'fortasse plura interciderunt' monendo* || 870 *post* metu *pergit* **C** quarum metu suas peruigiles fecit hostesque protriuit || 871 *post* illi con (**H**: illi cum **β**, *manifesta interpolatione*) *pergunt codd.* aduentarent (aduentaret **H** *mero et solito errore*) recepit aciem *e.q.s.* (*950 sqq.*): *uerba* 871 continuerunt – 950 consuetudinem, *quae luxato olim uno seu pluribus foliis in media uoce* continere *(IV 541) in archetypo legebantur quaeque magna ex parte in librum II et paene in suum locum* (*uide infra ad 952*) *reuocauerunt codices familiae* **ε**, *hic reposuit Hedicke duce Haase.* **K** *cum opus transcribendi ultra exemplum IV iv 2 non protulerit, deest ut classis* **δ** *testis in textu repetito* | continuerunt] *adest* **G** | continuerunt **α**: continerent **β**, cum *in contextu libri quarti praecedente*

lioribus iam suis tradidit bellumque confecit.

8 Miltiades, cum ingentem Persarum multitudinem apud Marathona fudisset, Athenienses circa gratulationem morantis conpulit ut festinarent ad opem urbi ferendam, quam classis Persarum petebat. cumque praecucurris- 875 set implessetque moenia armatis, Persae, rati ingentem numerum esse Atheniensium et alio milite apud Marathona pugnatum, alium pro muris suis opponi, circumactis extemplo nauibus Asiam repetierunt.

9 Pisistratus Atheniensis, cum excepisset Megarensium classem qua illi ad Eleusin noctu adplicuerant, ut operatas Cereris sacro feminas Atheniensium 880 raperent, magnaque edita caede eorum ultus esset suos, eadem quae ceperat nauigia Atheniensi milite compleuit, quibusdam matronis habitu captiuarum in conspectu locatis; qua facie decepti Megarenses tamquam suis et cum successu renauigantibus effuse obuii inermesque rursus oppressi sunt.

10 Cimon dux Atheniensium, uicta classe Persarum apud insulam Cypron, 885 milites suos captiuis armis induit et eisdem barbarorum nauibus ad hostem nauigauit in Pamphyliam apud flumen Eurymedonta. Persae, qui et nauigia et habitum superstantium adgnoscerent, nihil cauerunt: subito itaque oppressi eodem die et nauali et pedestri proelio uicti sunt.

X Si res durius cesserit, de aduersis emendandis 890

1 T. Didius in Hispania, cum acerrimo proelio conflixisset quod nox diremerat, magno numero utrimque caeso, conplura suorum corpora intra noctem sepelienda curauit. Hispani postero die ad simile officium progressi,

§8 a. 490 aC: Herodot. 6.115; Plut. Arist. 5 || **§9** cf. 4.7.13. a. incert. aC: Iustin. 2.8; Aen. Tact. pol. 4.3–4; Polyaen. 1.20.2; Plut. Solon 8 || **§10** a. 466 aC: Polyaen. 1.34.1; Thuc. 1.100; Diodor. 11.61; Plut. Cim. 12–13; Mela 1.78; Paus. 10.15.4; Ephorus in pap. Oxy. 13.1610 || **§1** aa. 98–93 aC

873 *sqq. exemplum 8 descripserunt exc. Par.* || **873** marothona **H** || **875** *sq.* praecucurrisset implessetque moenia **β**: praecucurrissetque (-quae **H**) moenia **α** (praecurrisset *uoluit* **h**²) || **878** extemplo **β**: exemplo **α** || **879** athenienses (-is **h**²) **α** | qua] qu[i]a **H**: quam **ς** || **880** cereres **G** || **881** edita] edicta **H** || **883** maegarenses **G** || **884** effusae **HG** | obpressi **G** || **885** Cimon *Casaubon ex Polyaeno* (cymon *iam* **ς**): Conon **αWo**: Comen **G**: Comon **Pδ** || **887** Eurymedonta **ς**: eurymedona **ω** || **888** agnoscerent **β**: adgnoscerent **G**, adignoscerent **H** || **890** durius **Tς** *ex matricula*: prospere **αγ** (*titulum om.* **δ**, *ut plerosque*) | cesserit **G**, **T** *ex matricula*: gesserit **Hγ** || **891** praelio **H**ac2 | diremerat **oTς**: dirimerat **ω** || **893** di[a]e **H**–**h**²

quia plures ex ipsorum numero quam ex Romanis caesos reppererant, uictos
895 se esse secundum eam dinumerationem argumentati, ad condiciones imperatoris descenderunt.

T. Marcius eques Romanus, qui reliquiis exercitus praefuit, cum in propinquo bina castra Poenorum paucis milibus passuum distarent, cohortatus milites proxima castra intempesta nocte adortus est et, cum hostem uictoriae 900 fiducia inconpositum adgressus ne nuntios quidem cladis reliquisset, breuissimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei gestae praegressus altera eorundem castra inuasit. ita bis simili usus euentu, deletis utrubique Poenis, amissas populo Romano Hispanias restituit. 2

XI De dubiorum animis in fide retinendis

905 P. Valerius Epidauri timens oppidanorum perfidiam, quia parum praesidii habebat, gymnicos ludos procul ab urbe apparauit; quo cum omnis fere multitudo spectandi causa exisset, clausit portas, nec ante admisit Epidaurios quam obsides a principibus acciperet. 1

Cn. Pompeius, cum suspectos haberet Chaucenses, et uereretur ne praesi- 910 dium non reciperent, petiit ab eis ut aegros interim apud se refici paterentur: fortissimis deinde habitu languentium missis, ciuitatem occupauit continuitque. 2

Alexander, deuicta perdomitaque Thracia petens Asiam, ueritus ne post ipsius discessum sumerent arma, reges eorum praefectosque et omnis quibus 915 uidebatur inesse cura detractae libertatis secum uelut honoris causa traxit, ignobiles autem relictis plebeiosque praefecit; consecutus uti principes bene- 3

§2 cf.2.6.2. a.212 aC: Liu. 25.37–40 || §1 a.incert. aC || §2 aa.76–72 aC || §3 a.334 aC: Iustin. 11.5.1–3

897 T.] L. *editores ex Liuio* | reliquiis exercitus **Gβ**: reliquo exercitui **T**: inter reliquias (a *ex* i) exercitui **H** | exercitus ⟨duorum Scipionum⟩ praefuit *uulgo* || **899** hostem] hostem in **H** || **900** acgressus **H**, *rasurae uestigia nulla* || **903** utrubique **α**: utrobique **β** | populo romano **OTς**: populorum **αγL** || **904** fidem **G** || **906** gymnicus ludus *uoluit* **h**[2], *ne subiectum uerbo corrupto deesset* | apparauit **β**: apparuit **α** || **907** clausit **β**: clusit **α** | ante admisit **γL**: antea ⟨a⟩d[i]misit **O**–**o**: antea dimisit **α**: ut autem ea admisit **T**: in eas admisit **ς** || **908** a *om.* **α** || **909** *sqq. exemplum 2 post exempla ex libro IV desumpta descripsit* **C** *sine titulo* || **909** Chaucenses] Catinenses *uulgo* || **910** petiit **oς**: petit **ω** || **914** sumerentur *uulgo* || **915** detractae] decretae **H** || **916** ignobiles **H**: ignobilis **G**: ignobilibus **β** | relictos **h**[2] | plebeiosque **α**: plebeios **β**

ficiis eius obstricti nihil nouare uellent, plebs uero ne posset quidem, spoliata principibus.

4 Antipater, conspecto Peloponesiorum exercitu, qui audita morte Alexandri ad infestandum imperium eius confluxerant, dissimulans scire se qua 920 mente uenissent, gratias his egit, quod ⟨ad⟩ auxilium ferendum Alexandro aduersus Lacedaemonios conuenissent, adiecitque id se regi scripturum; ceterum ipsos, quia sibi opera eorum in praesentia non esset necessaria, abirent domos hortatus: et hac adseueratione periculum quod ex nouitate rerum inminebat discussit. 925

5 Scipio Africanus in Hispania, cum inter captiuas eximiae formae uirgo ⟨nubilis⟩ [alias et nobilis] ad eum perducta esset omniumque oculos in se conuerteret, summa custodia habitam sponso nomine Alicio reddidit, insuperque aurum, quod parentes eius redempturi captiuam donum Scipioni adtulerant, eidem sponso pro nuptiali munere dedit. qua multiplici magnificen- 930 tia uniuersa gens uicta imperio populi Romani accessit.

6 [Alexandrum quoque Macedonem traditum est eximiae pulchritudinis uirgini captiuae, cum finitimae gentis principi fuisset desponsa, summa abstinentia ita pepercisse ut illam ne aspexerit quidem. qua mox ad sponsum remissa, uniuersae gentis per hoc beneficium animos conciliauit sibi.] 935

7 Imperator Caesar Augustus Germanicus, eo bello quo uictis hostibus cognomen Germanici meruit, cum in finibus Cubiorum castella poneret, pro fructibus locorum quae uallo conprehendebat pretium solui iussit; atque ita iustitiae fama omnium fidem adstrinxit.

§4 a. 331/0 aC: Iustin. 12.1.6–8; Curt. 6.1; Diodor. 17.63 || §5 a. 210 aC: Liu. 26.50; Val. Max. 4.3.1; auctor de uir. ill. 49.8; Gell. 7.8; Amm. Marc. 24.4.27; Sil. Ital. 15.268; Polyb. 10.19; Polyaen. 8.6.16; Dio frg. 57.42–43; Zonar. 9.8 || §[6] a. incert. aC: Gell. 7.8.3; Amm. Marc. 24.4.27 || §7 a. 83 pC

919 Peloponesiorum *Freinsheim*: priore neciorum ω *inexplicabili lapsu* | exercitu **β**: exercitus **α** || 920 confluxerant] conflixerant **H** || 921 his **HWς**: iis **GPδ** | ad *suppl.* **δ**, *om.* **αγ** | ferendo **H** || 922 id *om.* **G** || 924 hortatus est **ς** || 926 *sqq. exempla 5,6,7 cum titulo capituli descripserunt exc. Par.* || 926 *sq.* uirgo alias et nobilis (nobiles **G**) ω ([alias] uirgo alias et n. *exc. Par.*): nubilis *suppleuit*, alias et nobilis *deleuit Oudendorp, palmaria emendatione.* alicis *pro* alias *audacter* **T** || 928 alici(-ti-)o **β**: aliciorum **α**: *Liuio* Allucceius || 930 eidem **β**: et idem **α** | qua **h**²**β**: quia **α** || 932 Alexandrum – 935 sibi *eiecit Wachsmuth* || 932 *sq.* uirginae captiua[*l*] **H** || 933 desponsa **α**: desponsata **h**²**β** || 934 pepercisse] praecepisse *uoluit* **h**² || 936 Imp. Caes. Aug. Germ. ⟨Domitianus⟩ **ς** || 937 cubiorum **αγ**, *exc. Par.*: copiorum **OTς**, copiarum **L**: Vbiorum *de Maulde*: Vsiporum *Oudendorp*: Cattorum *Dederich* || 938 ita] ea **ς**

940 XII Quae facienda sint pro castrorum defensione, si satis fiduciae in praesentibus copiis non habemus

T. Quintius consul, cum Volsci castra eius adgress⟨ur⟩i forent, cohortem 1
tantummodo in statione detinuit, reliquum exercitum ad quiescendum di-
misit, aeneatoribus praecepit ut uallum insidentes equis circumirent conci-
945 nerentque. qua facie [et simulatione] cum et propulsasset et detinuisset per
totam noctem hostes, ad lucis exortum fessos uigilia repente facta eruptione
facile superauit.

Q. Sertorius in Hispania hostium equitatui maxime impar, qui usque ad 2
ipsas munitiones nimia fiducia succedebant, nocte scrobes aperuit et ante
950 eos aciem direxit. cum deinde turmales secundum consuetudinem | aduenta-
rent, recepit aciem: persecuti [aciem] in fossas deciderunt et eo modo uicti
sunt.

Chares dux Atheniensium, cum exspectaret auxilia et uereretur ne interea 3
contemptu praesentis paucitatis hostes castra eius oppugnarent, conplures ex
955 eis quos habebat per auersam partem nocte ⟨e⟩missos iussit qua praecipue
conspicui forent hostibus redire in castra, et accedentium nouarum uirium
speciem praebere; atque ita simulatis auxiliis tutus est donec instrueretur ex-
spectatis.

Iphicrates Atheniensis, cum campestribus locis castra haberet explorasset- 4
960 que Thracas ex collibus, per quos unus erat descensus, nocte ad diripienda
castra uenturos, clam ⟨e⟩duxit exercitum et in utraque uiae latera, per quam
transituri Thraces erant, distributum collocauit; hostemque decurrentem in

§1 a. 468 aC: Liu. 2.64–65; Dionys. 9.58 || §2 aa. 80–72 aC || §3 aa. 366–338 aC || §4 cf. 1.5.24. a. 389 aC: Polyaen. 3.9.41,46,50

940 sint ς: sunt ω | castrorum defensione] castris ς *ex matricula* || **941** in *om.* **H** | habeamus γ || **942** aggressuri **T**, *editores ex Liuio*: ad(ag-)gressi ω || **945** et simulatione *glossema est: deleui* | per β: epor **G**, [e]per **H** – **h**[2] || **950** eas δ | derexit **G** | secundum] praeter **T** | *post* consuetudinem *deficit* **G** | aduentarent] *redit* **K** *in censum classis* δ | aduentarent β: aduentaret **H**. *uide supra ad 871* || **952** *sq.* 'DESVNT DVO CAPITVLA' **P**: 'DVO CAPITVLA SVNT REQVIRENDA' **K**: *textum deficere adnotauerunt etiam manus recentes in* **WL**. *cf. quae ad calcem libri* (*infra 1003*) *adnotauit* **o**[2mg]. *post 952 textum traiecticium lib. II inde a titulo cap. x* (*supra 890 sqq.*) *usque ad illud* consuetudinem (*statim supra 950*), *adhaerentibus etiam* redire uellent … habuit (*infra IV 541–544*), *ex ultimis libri IV paginis repetitum infarsit* ε: *uide praef. p. XIX sqq. ante 953 titulum capitis xii* Quae f. s. p. castris si s. f. i. p. c. n. habemus *e matricula repetitum* (*nota* castris, habemus) *posuerunt* γ**K** || **955** emissos *Oudendorp*: missos **H**β || **955** *sq.* qua … conspicui] qui … conspicue **H**[ac2] || **957** tutus **H**δ '*quod mutare non audeo*' (*Gundermann*): tuitus γ: tutatus *uulgo*: ⟨se⟩ tutus *Oudendorp* || **961** eduxit *Herel*: duxit **H**β | utraque … latera **H**: utroque … latere β | quam β: qua **H**

castra, in quibus multi ignes per paucorum curam instituti speciem manentis ibi multitudinis seruabant, a lateribus adortus oppressit.

XIII De effugiendo 965

1 Galli pugnaturi cum Attalo aurum omne et argentum certis custodibus tradiderunt, ⟨a⟩ quibus, si acie fusi essent, spargeretur, quo facilius colligenda praeda hostem impeditum effugerent.

2 Tryphon Syriae rex, uictus, per totum iter fugiens pecuniam sparsit †ei sectandae† Antiochi equites moratus effugit. 970

3 Q. Sertorius, pulsus acie a Q. Metello Pio, ne fugam quidem sibi tutam arbitratus, abire dispersos milites iussit, admonitos in quem locum uellet conuenire.

4 Viriathus dux Lusitanorum copias nostras locorumque iniquitatem euasit eadem qua Sertorius ratione, sparso exercitu, dein recollecto. 975

5 Horatius Cocles, urguente Porsennae exercitu, iussit suos per pontem redire in urbem eumque, ne eos insequeretur hostis, intercidere. quod dum efficitur, in capite eius propugnator ipse insequentes detinuit. audito deinde fragore pontis abrupti, deiecit se in alueum eumque in armis et uulneribus oneratus tranauit. 980

6 Afranius in Hispania ad Ilerdam, cum Caesarem fugeret, instante eo castra posuit. cum idem Caesar fecisset et pabulatum suos dimisisset, ille signum repente itineri dedit.

§1 a.239 aC?; aliter Flor. 3.5.18; Cic. pro lege Manil.22 || **§2** a.134 aC: Iustin. 36.1.8 || **§3** a.75 aC: Plut. Sert. 12,19,21, Pomp. 19 || **§4** aa. 147–139 aC: Appian. Hisp. 62 || **§5** a.507 aC: Liu. 2.10; Dionys. 5.23–25; Flor. 1.10.4; auctor de uir. ill. 11; Plut. Publ. 16 || **§6** a.49 aC: Caes. b.c. 1.80

963 *sq.* manentis ibi **β**: manentem sibi **H** || **965** effigiendo **H** || **967** a *suppl. Lips* | fusi essent] fugi essent **LK**, fugissent **o*Tς** | spargeretur **ς**: pateretur **H**[ac]: parceretur **h**[2]**β** (parcerentur **O**) || **969** *sq. exemplum 2 praefixo capituli titulo descripsit* **C** | ei sectandae *fere codd.* (sectand[i]ae **H**–**h**[2]: eique sectandae **K**, et ei sectandae **T**: unde **C**, *non uerba sed uim reddendo*): *locus nondum sanatus.* eaque sectantes *uulgo*: et sectanda ea *Gundermann* || **970** moratos **H**[ac2]**Lς**: morati **ζ** | eique sectandae A. e. inmoratos *Oudendorp* || **971** *sqq. exemplum 3,* fugiens metellum *pro commate* pulsus … arbitratus *substituto, descripsit* **C** || **971** aci[a]e **H**–**h**[2] | a Q. *editores*: a Quinto *codd.* | sibi tutam **δ**: sibi totam **H**: subitu tam **γ** || **976** *sqq. exemplum 5 cum titulo capituli descripserunt exc. Par.* || **977** eos insequeretur *Oudendorp*: casu sequeretur **Hβ**: ea subsequeretur *Lips* || **978** insequentes] insequentes hostes **oL** || **979** in armis et **H**: in armis sed **β** (sed *om.* **O**, et *supra in* **o**[ul]): et armis et *de Maulde*: inermis sed **T**: non armis sed **ς**, *coni. Stewech*

Antonius, cum ex Parthis instantibus reciperet exercitum et, quotiens 7
985 prima luce moueret, totiens urguentibus barbarorum sagittis infestaretur abeuntium agmen, in quintam horam continuit suos fidemque statiuorum fecit: qua persuasione digressis inde Parthis, iustum iter reliquo die sine interpellatione confecit.

Philippus in Epiro uictus, ne fugientem eum Romani premerent, indutias 8
990 ad sepeliendos qui caesi erant impetrauit, et ob id remissioribus custodibus euasit.

P. Claudius nauali proelio superatus a Poenis, cum per hostium praesidia 9 necesse haberet erumpere, reliquas uiginti naues tamquam uictrices iussit ornari, atque ita Poenis existimantibus superiores fuisse acie nostros terribi-
995 lis excessit.

Poeni classe superati, quia instantem auertere Romanum studebant, simu- 10 lauerunt in uada naues suas incidisse, haerentisque imitati effecerunt ut uictor, eorum timens casum, spatium ad euadendum daret.

Commius Atrabas, cum uictus a diuo Iulio ex Gallia in Britanniam fugeret 11
1000 et forte ad oceanum uento quidem secundo sed aestu recedente uenisset, quamuis naues in siccis litoribus haererent, pandi nihilo minus uela iussit: quae cum persequens eum Caesar ex longinquo tumentia et flatu plena uidisset, ratus prospero sibi eripi cursu recessit.

§7 a. 36 aC: Eutrop. 7.6 || **§8** a. 198 aC || **§9** a. 249 aC: Liu. perioch. 19; Flor. 2.2.29; paulo aliter Eutrop. 2.26; Oros. 4.10.3; Polyb. 1.51.11–12; Diodor. 24.1.5 || **§10** a. incert. aC || **§11** a. 51 aC

984 Parthis instantibus *Gundermann* (parthis illis instantibus *iam* **T**): parte sine instantibus **Hβ**: Parthis sibi instantibus *uulgo* || **986** fidemque statiuorum *Graeve*: fidem quo statiuorum **H**: fidem constatiuorum **PK**: fidem constantinorum **WOς**: fidem constantiuorum **L**: ad fidem constantiuorum **T** || **987** digressis **β**: digressus **H** || **989** *sqq. exemplum 8 descripsit* **C** || **993** uiginti] triginta *indicant Polybius, Eutropius, Orosius* || **997** in uada **β**: in uada in **H** || **1003** prospero **HoLKς**: prospere **γO**[ac]**Tς** | IVLII. FRONTINI STRATEGEMATO⟨N⟩. LIBER. II. EXPLICIT. INCIPIT LIBER III **H**–**h**[2]: IVLII FRONTINI STRATEGEMATON. LIBER. II. EXPLICIT INCIPIT LIBER TERTIVS **P**: Iulii frontini strategematon liber secundus explicit. Incipit liber tertius **W**: *om.* **δ**: Explicit liber secundus. Incipit prologus libri tertii **T**: Capitula quae hic desunt in fine quarti libri inuenies. praeter illud de effugiendo q(?) d(?), nusquam est **o**[2mg]

IVLIVS FRONTINVS

LIBER TERTIVS

1 [Si priores libri responderunt titulis suis et lectorem huc usque cum attentione perduxerunt] Edam nunc circa oppugnationes urbium defensionesque *στρατηγήματα* [nec morabor ulla praelocutione], prius traditurus quae oppu-
2 gnandis urbibus usui sunt, tum quae obsessos instruere possint. depositis autem operibus et machinamentis, quorum expleta iam pridem inuentione nul- 5
lam uideo ultra artium materiam, has circa expugnationem species *στρατηγημάτων* fecimus:

I de repentino impetu;
II de fallendis his qui obsidebuntur;
III de eliciendis ad proditionem; 10
IV per quae hostes ad inopiam redigantur;
V quemadmodum persuadeatur obsidionem permansuram;
VI de districtione praesidiorum hostilium;
VII de fluminum deriuatione et uitiatione aquarum;
VIII de iniciendo obsessis pauore; 15
IX de irruptione ex diuersa parte quam exspectabimur;
X de insidiis per quas eliciantur obsessi;
XI de simulatione regressus.

3 Ex contrario, circa tutelam obsessorum:

XII de excitanda cura suorum; 20
XIII de emittendo et recipiendo nuntio;
XIV de introducendis auxiliis et commeatibus suggerendis;
XV quemadmodum efficiatur ut abundare uideantur quae deerunt;
XVI qua ratione proditoribus et transfugis occurratur;
XVII de eruptionibus; 25
XVIII de constantia obsessorum.

1 Si *e. q. s. habet* **G**, *titulo* PRAEFATIO FRONTONIS LIBRI TERTII *praefixo*: *uerba* Si – 8 impetu *om.* **K** ‖ 1 *sqq. foedissime interpolata*: 1 si – 2 perduxerunt, 3 nec – praelocutione *impaenitens deleui. de eliminandis etiam* 6 has – 7 fecimus *cogitaui: possunt enim abesse, neque* fecimus *multum arridet. sed quod dubitaui, non feci* ‖ 1 lectorum **G** ‖ 2 edam] sedam γ | defensionisquae **H**^{ac2} ‖ 3 *στρατηγήματα graecis litteris* **G**, *latinis* **H**β | traditur usque γ | obpugnandis **G** ‖ 4 tum ς: tunc ω | possint β: possit α: possunt ς | dispositis **oL** ‖ 5 et ... inuentione] in ... inuentio est **T** ‖ 6 ⟨quam⟩ has ⟨quae⟩ **O**–**o** ‖ 7 *στρατηγημάτων graecis litteris* **G**, *latinis* **H**β | *post* fecimus *deficit* **G**, *capitulatione omissa* ‖ 9 iis **POL** | obsidebuntur **h**^{2}β: obsidebantur **H**^{ac}: obsidentur ς ‖ 10 eliciendis] eligendis **H**^{ac}(eleg- **h**^{2})**W** ‖ 13 districtione **H**ς: destructione β | hostium ς: *cf. titulum capituli, 156 infra* ‖ 14 uitiatione ς: uitatione **H**β ‖ 16 exspectabimur *Gundermann*: ex(s)pectamur **H**^{ac}**P**δ: expectabimus **h**^{2}: exspectamus **W**ε ‖ 17 *infra 285 legitur* de disponendis insidiis in quas ‖ 20 excitanda ς: exercitanda **H**β

I De repentino impetu

T. Quintius consul, uictis acie Aequis et Volscis cum Antium oppidum expugnare statuisset, ad contionem uocato exercitu, exposuit quam id necessa- 1
30 rium et facile esset si non differretur; eoque impetu, quem exhortatio concitauerat, adgressus est urbem.

M. Cato in Hispania animaduertit potiri se quodam oppido posse si inopinatos inuaderet; quadridui itaque iter biduo per confragosa et deserta emensus nihil tale metuentes oppressit hostes. uictoribus deinde suis causam tam 2
35 facilis euentus requirentibus dixit tum illos uictoriam adeptos, cum quadridui iter biduo corripuerint.

II De fallendis his qui obsidebuntur

Domitius Caluinus cum obsideret Lueriam oppidum Ligurum, non tantum situ et operibus, uerum etiam propugnatorum praestantia tutum, cir- 1
40 cumire muros frequenter omnibus copiis instituit easdemque reducere in castra. qua consuetudine inductis [ita] oppidanis ut crederent exercitationis id gratia facere Romanum, et ob hoc nihil ab eo conatu cauentibus, morem illum obambulandi in subitum direxit impetum, occupatisque moenibus expressit ut se ipsos dederent oppidani.

45 C. Duellius consul subinde exercendo milites remigesque consecutus est ut securis Carthaginiensibus usque in id tempus innoxiae consuetudinis subito admota classe murum occuparet. 2

Hannibal in Italia multas urbes cepit cum Romanorum habitu quosdam suorum, ex longo belli usu latine quoque loquentis, praemitteret. 3

50 Arcades Messeniorum castellum obsidentes, factis quibusdam armis ad similitudinem hostilium, eo tempore quo successura alia praesidia his explo- 4

§1 a.468 aC: Liu. 2.65.7 || §2 a.195 aC || §1 a.incert. aC. de Luna oppido Ligurum legimus apud Liuium in 41.13 || §2 a.260 aC || §3 aa.216–203 aC || §4 a.incert. aC

27 De repentino impetu] *redit* **G** || 28 aci[a]e **H**–**h**[2] || 30 et] est et **H** || 31 est β, *om.* α || 32 posse β: posset α | inopinatus ς || 33 quadridui β: quadru α: quadrum **h**[2] || 35 quom **G** || 35 *sq.* quadridu⟨i⟩iter **G**–**g**[1], quadru⟨(m)⟩iter **H**–**h**[2] || 36 biduo **h**[2] (*nota* R(equire) *in mg. ad hunc uersum appicta*) β: dubio α | corripuerint *Barth*: eripuerint ω: arripuerint **T** || 37 iis **GP** || 38 obsideret **h**[2]**g**[1]β: obsederet α | lueriam ω: luceriam **oL**ς: Lunam ς, *Oudendorp ex Liuio* || 39 circumire α: circumiri β (*corr.* **T**ς) || 40 castra β: castris α || 41 ita *deleui* || 43 obambulandi β: obambulandis α | derexit **G** *iterum, cf. II 950* | occupa[n]tis **H**–**h**[2] | expr[a]essit **H**–**h**[2] || 45 Duellius **H**[ac]β: duillius **h**[2]**G** || 46 innox[i]ae **H**–**h**[2] || 49 latinae **G** || 51 successura] scicessura **G** | iis **P**δ (*corr.* **T**ς) | explorauerant ς: explorauerunt ω

rauerant, instructi eorum qui exspectabantur ornatu, admissique per hunc errorem ut socii, possessionem loci cum strage hostium adepti sunt.

5 Cimon dux Atheniensium, in Caria insidiatus cuidam ciuitati, religiosum incolis templum Dianae lucumque qui extra muros erat noctu inprouisus in- 55 cendit; effusisque oppidanis ad opem aduersus ignes ferendam, uacuam defensoribus cepit urbem.

6 Alcibiades dux Atheniensium, cum ciuitatem Agrigentinorum egregie munitam obsideret, petito ab eis concilio diu tamquam de rebus ad commune pertinentibus disseruit in theatro, ubi ex more Graecorum locus consulta- 60 tioni praebebatur; dumque consilii specie tenet multitudinem, Athenienses, quos ad id praeparauerat, incustoditam urbem ceperunt.

7 Epaminondas Thebanus in Arcadia die festo effuse extra moenia uagantibus hostium feminis plerosque ex militibus suis muliebri ornatu inmiscuit; qua simulatione illi intra portas sub noctem recepti ceperunt oppidum et suis 65 aperuerunt.

8 Aristippus Lacedaemonius festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum Mineruae sacrum urbe egressa erat, iumenta saccis frumentariis palea refertis onusta Tegeam misit, agentibus ea militibus, qui negotiatorum specie inobseruati portas aperuerunt suis. 70

9 Antiochus in Cappadocia ex castello Suenda quod obsidebat iumenta frumentatum egressa intercepit, occisisque calonibus eorundem uestitu milites suos tamquam frumentum reportantis summisit; quo errore illi custodibus deceptis castellum intrauerunt admiseruntque milites Antiochi.

10 Thebani, cum portum Sicyoniorum nulla ui redigere in potestatem suam 75 possent, nauem ingentem armatis compleuerunt, exposita super merce, ut negotiatorum specie fallerent. ab ea deinde parte murorum quae longissime remota erat a mari paucos disposuerunt, cum quibus e naue quidam egressi inermes simulata rixa concurrerent. Sicyoniis ad dirimendum id iurgium aduocatis, Thebanae naues et portum uacantem et urbem occupauerunt. 80

11 Timarchus Aetolus, occiso Charmade Ptolomaei regis praefecto, clamide

§5 c. a. 470 aC: Diodor. 11.60.4 || §6 a. 415 aC: aliter Polyaen. 1.40.4; Thuc. 6.42, 51; Diodor. 13.4.4 || §7 a. incert. aC: aliter Polyaen. 2.3.1; etiam aliter idem 2.4.3 || §8 a. incert. aC || §9 a. incert. aC || §10 a. 369 aC: Polyaen. 5.16.3; Aen. Tact. pol. 29.6 || §11 a. 281 aC

52 exspectabuntur **H**^{ac2} || 53 strage] stratege **G** || 56 ferendum **H** || 58 egregiae **HG** || 59 concilio *editores*: consilio *codd.* || 63 uacantibus **G** || 65 caeperunt **G** || 67 di[a]e **H** – **h**^{2} || 68 caelebrandum **H** || 69 paleae **G** | onusta **h**^{2}β: honesta **G**, onesta **H**^{ac2} || 71 Soanda *Oudendorp* || 75 portum] portatum **G** || 76 armis **G** | complerunt **H**^{ac2} || 77 speci[a]e **H** – **h**^{2} | quae] quo **G** || 78 a mari *Zechmeister*: apari **H**, appari **G**: apparere β: a parte ς: a portu *Oudendorp* || 80 auocatis *Oudendorp* | Thebani **h**^{2} || 81 Timarchus] T. marcus **H** | Charmade] Chremonide *collato Polyaen. 5.18 conici uetat Gundermann*

interempti et galeari ad Macedonici ornatus habitum ⟨***⟩. per hunc errorem pro Charmade in Saniorum portum receptus ⟨oppidum⟩ occupauit.

III De eliciendis ad proditionem

85 Papirius Cursor consul apud Tarentum Miloni, qui cum praesidio Epirotarum urbem obtinebat, salutem ipsi et popularibus, si per illum oppido potiretur, pollicitus est. quibus praemiis ille corruptus persuasit Tarentinis ut se legatum ad consulem mitterent; a quo plena promissa ex pacto referens in securitatem oppidanos resoluit, atque ita incustoditam urbem Cursori tradi- 90 dit. 1

M. Marcellus, cum Syracusanum quendam Sosistratum ad proditionem sollicitasset, ex eo cognouit remissiores custodias fore die festo, quo Epicydes praebiturus esset uini epularumque copiam. insidiatus igitur hilaritati et (quae eam sequebatur) socordiae munimenta conscendit, uigilibusque caesis 95 aperuit exercitui Romano urbem nobilibus uictoriis claram. 2

Tarquinius Superbus, cum Gabios in deditionem accipere non posset, filium suum Sextum Tarquinium caesum uirgis ad hostem misit. is incusata patris saeuitia persuasit Sabinis, odio suo aduersus regem uterentur, et dux ad bellum electus tradidit patri Gabios. 3

100 Cyrus Persarum rex comitem suum Zopyrum, explorata eius fide, truncata de industria facie, ad hostes dimisit. ille adsentante iniuriarum fide creditus inimicissimus Cyro, cum hanc persuasionem adiuuaret procurrendo propius 4

§1 a. 272 aC: Zonar. 8.6 || §2 a. 212 aC; paulo aliter Liu. 25.23 sq.; Polyb. 8.37; Plut. Marc. 18 sq.; Polyaen. 8.11 || §3 a. incert. aC: Liu. 1.53 sq.; Val. Max. 7.4.2; Dionys. 4.55–56; Polyaen. 8.6; Zonar. 7.10 || §4 a. 518 aC: Iustin. 1.10.15; Herodot. 3.153 sq.; Plut. apopth. Dar. 4; Polyaen. 7.13

82 ad Macedonici (α) ornatus habitum (habitu **h**^{2*}) ⟨* * *⟩ *exhibui*: ad Macedonicum ornatus est habitum β *uulgo, pessime. supplendum ad minus uidetur e.c.* ⟨adsumptis, Sanios (*uel sim.*) petiit⟩ || 83 Saniorum *editores*: samniorum ω (sann- **K**): Samiorum ζ | *quaesiuit Gundermann num* oppidum *ante* occupauit *excidisset* || 86 ob(op-)tinebat **h**^{2}β: optinebant **H**^{ac}, obtinebant **G** | potiretur **h**^{2}β: poteretur **G**: potaretur **H**^{ac} || 89 incostoditam **H** || 91 cum β: cum ad α | proditionem β: proditione α || 92 remissioris **G** | fore **H**: foro **G**β (*corr.* **K**ε) || 93 aepularumqu[a]e **H**–**h**^{2} || 97 is **H**, *om.* **G**: his β (*corr.* **oK**ς) || 98 patris β: patri α || 100 Cyrus] Dareus *Dederich, item infra* || 101 adsentantae **H**, assentante β: adse tantae **G**: attestante *Hartel* | iniuriam **H** || 102 procurrendo β: procurando α: procursando *Hartel* | propius β: priusquam α: obuiam *Hartel*

quotiens acie decertaretur et in eum tela dirigendo, commissam sibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro.

5 Philippus, oppido Saniorum exclusus, Apollonidi praefecto eorum ad proditionem corrupto persuasit ut plaustrum lapide quadrato oneratum in ipso aditu portae poneret: confestim deinde signo dato insecutus oppidanos circa impedita portae claustra trepidantis oppressit. 105

6 Hannibal apud Tarentum, quae a praesidio Romano duce Liuio tenebatur, Cononeum quendam Tarentinum, quem ad proditionem sollicitauerat, eiusmodi fallacia instruxit, ut ille per causam uenandi noctu procederet, quasi id per hostem interdiu non liceret. egresso ipsi apros subministrabant, quos ille tamquam ex captura Liuio offerret. idque cum saepius factum esset et ideo minus obseruaretur, quadam nocte Hannibal uenatorum habitu Poenos comitibus eius inmiscuit; qui cum, onusti uenatione quam ferebant, recepti essent a custodibus, protinus eos adorti occiderunt: tum fracta porta admissus cum exercitu Hannibal omnes Romanos interfecit, exceptis his qui in arcem profugerant. 110 115

7 Lysimachus rex Macedonum, cum Ephesios oppugnaret et illi in auxilio haberent Mandronem archipiratam, qui plerumque oneratas praeda naues Ephesum appellebat, corrupto ei ad proditionem iunxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captiuis Ephesum introduceret; postea raptis ex arce armis urbem Lysimacho tradiderunt. 120

IV Per quae hostes ad inopiam redigantur

1 Fabius Maximus, uastatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset recessit sementis tempore, ut frumentum quod reliquum 125

§5 aa. 359–336 aC || §6 a. 212 aC: paulo aliter Appian. Hann. 32; Liu. 25.8–9; Polyb. 8.26sq. || §7 a. 287 aC: Polyaen. 5.19 || §1 a. 215 uel 211 aC: Liu. 23.46.9sq., 23.48.1–2, 25.13

103 aci[a]e **H**–**h**^{2} | derigendo **G** || 105 Saniorum *Isaac Voss*: samiorum **αγ**: samniorum **h**^{2}**δ** (sann- **K**) | apollonidi **h**^{2}: ap(app-)ollonide **αγK**: apollonio **Tς**: appollonio ex **O**, apolloni ex, apollini ex **ς**, *i.e.* apolloni de *uel sim. elegantius redditum*: apollini **L** || 109 tarentum **G**: aren **Hβ** | *pro* aren quae *dedit* quem **T** || 110 Cononeum *Oudendorp ex Appiano*: eononeum **αγ**: eoneum **OL**, coneum **KTς** | eiusmodi **h**^{2}**β**: eiusmodo **α** || 112 non *om.* **G** | ipse … subministrabat **ς** || 113 offerret **H**^{ac}**WOL**: efferret **h**^{2}**GPK** || 116 fracta **β**: facta **α**: patefacta **h**^{2} || 117 his **HWKTς**: iis **GPδ** || 118 profugerant **Gδ**: perfugerant **h**^{2}**γ**: fugerant **H**^{ac} || 119 obpugnaret **G** || 120 Mandronem] *Polyaeno* Andron | archipiratam **β**: archiparatam **α** || 123 arce] arte **H**^{ac2} | *post* tradiderunt *deficit* **G** || 124 in adopiam regantur **H**^{ac2}

habebant in stationes conferrent: reuersus deinde renata protriuit, et ad famem redactis potitus est.

[Antigonus aduersus Athenienses idem fecit.] 2

130 Dionysius, multis urbibus captis cum Reginos adgredi uellet, qui copiis 3 abundabant, simulabat pacem, petiitque ab eis ut commeatus exercitui ipsius sumministrarent. quod cum impetrasset, exhausto oppidanorum frumento, adgressus urbem alimentis destitutam superauit.

[Idem et aduersus Himeraeos fecisse dicitur.] 4

135 Alexander, oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundantem, prius ca- 5 stella quae in confinio erant cepit, omnesque ex his Leucadiam passus est confugere, ut alimenta inter multos celerius absumerentur.

Phalaris Agrigentinus, cum quaedam loca munitione tuta in Sicilia oppu- 6 gnaret, simulato foedere frumenta, quae residua habere se dicebat, apud eos 140 deposuit: deinde data opera ut camerae tectorum in quibus id conferebatur rescissae pluuiam reciperent, fiducia conditi commeatus proprio tritico abusos initio aestatis adgressus inopia compulit ad deditionem.

V Quemadmodum persuadeatur obsidionem permansuram

Clearchus Lacedaemonius, exploratum habens Thracas omnia uictui ne- 1 145 cessaria in montes conportasse unaque spe sustentari, quod crederent eum commeatus inopia recessurum, per id tempus quo legatos eorum uenturos opinabatur aliquem ex captiuis in conspectu iussit occidi et membratim tamquam alimenti causa in contubernia distribui. Thraces, nihil non facturum perseuerantiae causa eum credentes, qui tam detestabiles epulas sustinuisset 150 experiri, in deditionem uenerunt.

Ti. Gracchus, Lusitanis dicentibus in x annos cibaria se habere et ideo ob- 2

§[2] a. 263 aC: Polyaen. 4.6.20 || §3 a. 391 aC; paulo aliter Diodor. 14.108 || §[4] a. 387 aC: Polyaen. 5.2.10 || §5 aa. 266–263 aC || §6 aa. 570–554 aC; paulo aliter Polyaen. 5.1.3 || §1 a. 402/1 aC: Polyaen. 2.2.8 || §2 a. 179/8 aC

127 renata **β**: cenata **H** || 129 Antigonus ... fecit *eiecit Woelfflin* || 130 Reginos **β**: regionos **H** || 131 simulabat **H**: simulat **β**: simulauit ς *uulgo* | petiitque ς, *editores*: petitque **Hβ** || 132 sumministrarint **H**^{ac2} || 134 idem ... dicitur *eiecit Wachsmuth* | himeraeos *fere* **β**: inmereos **H** || 136 omnesqu[a]e **H**–**h**^{2} || 137 absumerentur **β**: adsumerentur **H** || 139 sedice-bat **H**–**h**^{2*} || 141 *ante* fiducia *habent* id **H**, ut **β**: *om.* ζ, *uulgo*: ex *Oudendorp*: eos *Gundermann* | abusos ς: abusus **Hβ** || 142 compulit ς: contulit **Hβ**: contudit **o** || 143 persuadetur γ: admoneatur ad **K** || 145 unaque *C. F. W. Mueller*: una quoque **Hβ** | spe ς: ope **Hβ** || 146 quo] quo[d] **H**–**h**^{2} || 148 distribui **O**: distribuit **Hβ** || 151 Ti. ς: T. **Hβ**

sidionem non expauescere, 'undecimo' inquit 'anno uos capiam'. qua uoce
perterriti Lusitani, quamuis instructi commeatibus, statim se dediderunt.
3 A. Torquato Graecam urbem oppugnanti cum diceretur iuuentutem ibi
studiose iaculis et sagittis exerceri, 'pluris eam' inquit 'propediem uendam'. 155

VI De districtione praesidiorum hostium

1 Scipio, Hannibale in Africam reuerso, cum plura oppida quae ratio illi in
potestatem redigenda dictabat firmis praesidiis diuersae partis obtinerentur,
subinde aliquam manum submittebat ad infestanda ea: nouissime etiam
tamquam drepturus ciuitates aderat, deinde simulato metu refugiebat. Han- 160
nibal, ratus ueram esse eius trepidationem, deductis undique praesidiis, tam-
quam de summa rerum decertaturus insequi coepit. ita consecutus Scipio
quod petierat, nudatas propugnatoribus urbis per Masinissam et Numidas
cepit.
2 P. Cornelius Scipio, intellecta difficultate expugnandi Delminum, quia 165
concursu omnium defendebatur, adgredi alia oppida coepit, et euocatis ad
sua defendenda singulis uacuatam auxiliis Delminum cepit.
3 Pyrrhus Epirotarum rex, aduersus Illyrios cum ciuitatem quae caput gentis
erat redigere in potestatem suam uellet, eius desperatione ceteras urbes pe-
tere coepit, consecutusque est ut hostes fiducia uelut satis munitae urbis eius 170
ad tutelam aliarum dilaberentur: quo facto reuocatis ipse rursus omnibus
suis uacuam eam defensoribus cepit.
4 Cornelius Rufinus consul, cum aliquanto tempore Crotona oppidum frustra
obsedisset, quod inexpugnabile faciebat adsumpta in praesidium Lucanorum
manus, simulauit se coepto desistere; captiuum deinde magno praemio solli- 175
citatum misit Crotona qui, tamquam ex custodia effugisset, persuasit disces-

§3 a. incert. aC || §1 a. 202 aC || §2 a. 155 aC: auctor de uir. ill. 44.4 || §3 aa. 296–280 aC || §4 a. 277 aC: Zonar. 8.6

153 quamuis] quam **δ** (*corr.* **T**: quamquam *uoluit* **o**) || 155 studiose] stadiose **H**^{ac2} || 156 districtione] destructione **γKTς** | hostilium **T** *ex matricula 13 supra* || 158 optineretur **h**^{2} || 159 ea: nouissime] ia nouissimine **H**^{ac2} || 160 aderat] adierat **h**^{2}**ς** || 162 decertaturus **O Tς**: decuraturus **HγLKς**: decreturus *Oudendorp* || 162 ita – 164 cepit *om.* **WO**^{ac}**T**, *procliui errore* || 163 nudatas propugnatoribus **β**: nudata propugnatores **H**^{ac}: nudata propugnatio. res **h**^{2} || 165 expunandi **H**^{ac2} || 166 '*fort.* auocatis' (*Gundermann*) || 167 uacuatis **T**: uacuatum *uulgo* || 168 *sqq. exemplum 3 errantibus oculis om.* **W** || 169 redigere **δ**: redire **H**: rediere **P** || 173 rufinus **β**: rufus **H** || 175 c⟦o⟧ep⟦i⟧to **H** – **h**^{2} || 176 tamquam **β**: tam **H** | custodia⟦m⟧ **H** – **h**^{2}

sisse Romanos. id uerum Crotonienses arbitrati dimisere auxilia, destitutique propugnatoribus inopinati et inualidi capti sunt.

5 Mago dux Carthaginiensium, uicto Cn. Pisone et in quadam turre circum-180 sesso, suspicatus uentura ei subsidia, perfugam misit qui persuaderet adpropinquantibus captum iam Pisonem: qua ratione deterritis eis reliqua uictoriae consummauit.

6 Alcibiades in Sicilia, cum Syracusanos capere uellet, ex Catiniensibus, apud quos tum exercitum continebat, quendam exploratae sollertiae submi-185 sit ad Syracusanos. is in publicum concilium introductus persuasit infestissimos esse Catinienses Atheniensibus et, si adiuuarentur a Syracusanis, futurum ut opprimerent eos et Alcibiadem. qua re adducti Syracusani uniuersis uiribus Catinam petituri processerunt, relicta ipsorum urbe; quam a tergo adortus Alcibiades desolatam, ut sperauerat, adflixit.

7 190 Cleonymus Atheniensis, Troezenios qui praesidio Crater⟨i t⟩um teneban-t⟨ur⟩ aggressus, tela quaedam, in quibus scriptum erat uenisse se ad liberandam eorum rem publicam, intra muros iecit, et eodem tempore captiuos quosdam conciliatos sibi remisit qui Craterum detractarent. per hoc consilium seditione intestina apud obsessos concitata, admoto exercitu potitus est 195 ciuitate.

VII De fluminum deriuatione et uitiatione aquarum

1 P. Seruilius Isauram oppidum, flumine ex quo hostes aquabantur auerso, ad deditionem siti conpulit.

2 C. Caesar in Gallia Cadurcorum ciuitatem amne cinctam et fontibus abun-

§5 aa. 216–203 aC || §6 a. 415 aC: Polyaen. 1.40.5; aliter Diodor. 13.6.2 sq.; Thuc. 6.64 sq. || §7 a. 277/6 aC; paulo aliter Polyaen. 2.29.1 || §1 a. 78–74 aC: Sall. hist. 2.87 Mb. || §2 a. 51 aC: Hirt. b. G. 8.40–43

179 turri **h**^{2} | circumsesso] circumsaepto **δ**: circumspecto **T** || 181 reliquam uictoriam **h**^{2} || 183 Catiniensibus *editores*: cat(h)eniensibus *fere codd.* (carthaginiensibus **ε**) || 184 aput **H**^{ac2} || 185 concilium *Oudendorp*: consilium **Hβ** || 186 cathenienses **h**^{2}**T**, carthaginenses **ζ** || 189 desolatam **β**: ac desolatam **H** || 190 *aut* Atheniensis *delendum aut* Lacedaemonius *legendum iubet Casaubon collato Polyaeno* | Crateri tum tenebantur *Oudendorp*: graterum tenebantur **OT**: graterum tenebant **Hβ** : Crateri tenebantur *Graeve* || 193 detrectarent **h**^{2}**Tς** || 194 concitata *Schrijver*: conciliata **Hβ** | ciuitate **OTς** : ciuitatem **Hβ** || 196 uitiatione **ς**: euitatione **H**^{ac}: uitatione **h**^{2}**γT**: inuitatione **K** || 199 Gallia Cadurcorum **oTς** : gallia caducorum **β**: gallica decorum **H**^{ac2}: gallia ducorum **h**^{2}

dantem ad inopiam aquae redegit, cum fontes cuniculis auertisset et fluminis usum per sagittarios arcuisset. 200

3 L. Metellus in Hispania citeriore in castra hostium humili loco posita fluuium ex superiore parte inmisit et subita inundatione turbatos per dispositos in hoc ipsum insidiatores cecidit.

4 Alexander apud Babylona, quae media flumine Euphrate diuidebatur, fossam pariter et aggerem instituit, ut in usum eius existimarent hostes egeri terram; atque ita subito flumine auerso per alueum ueterem, qui siccatus ingressum praebebat, urbem intrauit. 205

5 [Samiramis aduersus eosdem Babylonios eodem Euphrate auerso idem fecisse dicitur.] 210

6 Clisthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum Crisaeorum ferentem rupit: mox adfectis siti restituit aquam elleboro corruptam, qua usos profluuio uentris deficientes cepit.

VIII De iniciendo obsessis pauore

1 Philippus, cum Prinassum castellum nulla ui capere posset, terram ante ipsos muros egessit simulauitque agi cuniculum. castellani, quia subrutos se existimarant, dediderunt. 215

2 Pelopidas Thebanus Magnetum duo oppida simul oppugnaturus non ita longo spatio distantia, quo tempore ad alterum eorum exercitum admouebat praecepit ut ex composito ab aliis castris quattuor equites coronati notabili alacritate uelut uictoriam nuntiantes uenirent. ad cuius simulationem curauit ut silua, quae in medio erat, incenderetur, praebitura speciem urbis ar- 220

§3 a. 143/2 aC || §4 a. 538 aC de Cyro narrant Polyaen. 7.6.5; Herodot. 1.191; Xen. Cyrop. 7.5 || §[5] a. incert. aC: Polyaen. 8.26 || §6 aa. 595–585 aC: de Eurylocho apud oppidum Cirrhaeorum narrat Polyaenus 6.13, de Solone Pausanias 10.37.7 || §1 a. 201 aC: Polyb. 16.11; Polyaen. 4.18.1 || §2 aa. 369–364 aC: Polyaen. 2.4.1

200 aquae **β**: aqua **H** | redigit **H**[ac2] | fontes] [p]ontes **H** – **h**[2*] || 201 ar[g]uisset **H** – **h**[2*] || 202 L.] Q. ς || 203 turbato s[u]per **H** – **h**[2] || 205 Alexander] Cyrus *Dederich* | babylonam **h**[2]: baby(-i-)loniam **δ** || 209 Samiramis – 210 dicitur *eiecit Dederich* | eosdem ... eodem **β**: eo[s]dem ... eosdem **H** – **h**[2] || 211 *sqq. exemplum 6 praemisso titulo* DE VITIO AQVARVM *descripsit* **C** || 211 Crisaeorum] Cirrhaeorum *Schrijver ex Polyaeno* | ferentem] frequentem **oL** || 212 usos **β**: usus **α** || 213 deficientes *Lips*: decipientes **h**[2](-coep- **H**[ac]): decipiens **β**: desipientes *Gruter, desipiens* || 215 Prinassum *Oudendorp ex Polybio et Polyaeno*: trinassum *codd.* || 216 adgessit *uulgo* | subrutos ς: subruptos **Hβ** || 217 existimarunt ς: existimabant **K**, *coni. Dederich*: estimarent **T** | '*fortasse* se dediderunt' (*Gundermann*) || 218 ita – 219 tempore *om.* **H**, *suppl.* **h**[2] || 222 praebitura **β**: praebiturum **H**[ac], -am **h**[2]

dentis; praeterea quosdam captiuorum habitu eodem iussit perduci. qua adseueratione perterriti qui obsidebantur, dum in parte iam se superatos existi-
225 mant, defecerunt.

Cyrus Persarum rex, incluso Sardibus Croeso, qua praeruptus mons nul- 3
lum aditum praestabat ad moenia, malos exaequantis altitudinem iugi subrexit, quibus simulacra hominum armata Persici habitus inposuerat, noctuque eos monti admouit; tum prima luce ex altera parte muros adgressus ⟨est⟩,
230 ubi orto sole simulacra illa armatorum referentia habitum refulserunt. oppidani captam urbem a tergo credentes et ob hoc in fugam dilapsi uictoriam hostibus concesserunt.

IX De inruptione ex diuersa parte quam exspectabimur

Scipio apud Carthaginem sub discessum aestus maritimi, secutus deum 1
235 (ut dicebat) ducem, ad muros urbis accessit et, cedente stagno, qua non exspectabatur inrupit.

Fabius Maximus Cunctatoris filius apud Arpos praesidio Hannibalis occu- 2
patos, considerato situ urbis, sescentos milites obscura nocte misit qui per munitam eoque minus frequentem oppidi partem, scalis euecti in murum,
240 portas reuellerent. hi adiuti decidentium aquarum sono, qui operis strepitum obscurabat, iussa peragunt: ipse dato signo ab alia parte adgressus cepit Arpos.

C. Marius bello Iugurthino apud flumen Mulucham, cum oppugnaret ca- 3
stellum in monte saxeo situm, quod una et angusta semita adibatur, cetera
245 parte uelut consulto praecipiti, nuntiato sibi per Ligurem quendam ex auxiliis gregalem militem, qui forte aquatum progressus, dum per saxa montis cocleas legit, ad summa peruenerat, erepi posse in castellum, paucos centuriones perfectissimos cum uelocissimis militibus, quibus aeneatores inmiscue-

§3 a. 546 aC: Polyaen. 7.6.10; Ctesias 9.4 J. tale strategema silet Herodotus 1.84 || §1 a. 210 aC: Liu. 26.45–46; Polyb. 10.10sq.; Appian. Hisp. 19–22 || §2 a. 213 aC: Liu. 24.46–47; aliter Appian. Hann. 31 || §3 a. 107 aC: Sall. Iug. 92–94; Flor. 3.1.14

227 *interpunxerunt* **T**, *Bendz*: *hypostigme post* praestabat *uulgo* || 229 est *suppl.* ε, *om.* **Hβ** || 233 expectabimur **PK**: expectab⟨i⟩m̄ **H**–**h**²: expectamus ς || 234 decessum *coni. Gundermann* || 238 sescentos **H**ᵃᶜ: sexcentos **h**²*β | misit *ante* milites *trsp.* δ || 241 ab ea parte *Oudendorp collato Liuio* || 247 cocleas **H**: cocletis β (*corr.* ος, *om.* **T**) | erepi *editores*: eripi *codd.* (ascendi **T**) || 247 *sqq.* centuriones quibus perfectissimos (prefertissimis **H**ᵃᶜ, perfectissimis **h**²) cum uelocissimis militibus aeneatores in(im-)miscuerat *codd.*: quibus *ante* aeneatores *trsp. Bendz*, quibus perfectissimos *ibidem traiecit Gundermann*

rat, misit, capite pedibusque nudis, ut prospectus nisusque per saxa facilior foret, scutis gladiisque tergo aptatis. hi Ligure ducente, loris et clauis quibus 250 in ascensu nitebantur adiuti cum ad posteriora ⟨et⟩ ob id uacua defensoribus castelli peruenissent, concinere et tumultuari, ut praeceptum erat, coeperunt. ad quod institutum Marius, constantius adhortatus suos, acrius instare castellanis coepit; quos ab inbelli multitudine suorum reuocatos, tamquam a tergo capti essent, insecutus castellum cepit. 255

4 L. Cornelius Rufinus consul complura Sardiniae cepit oppida dum firmissimas partes copiarum noctu exponit; quibus praecipiebat, delitiscerent opperirenturque tempus quo ipse naues appelleret. occurrentibus deinde aduentanti hostibus et ab ipso per simulationem fugae longius ad persequendum auocatis, illi in relictas ab his urbes impetum fecerunt. 260

5 Pericles ⟨dux⟩ Atheniensium, cum oppugnaret quandam ciuitatem magno consensu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum quae mari adiacebat classicum cani clamoremque tolli iussit. hostes penetratum illic in oppidum rati reliquerunt portas, per quas Pericles destitutas praesidio inrupit.

6 Alcibiades dux Atheniensium Cyzicum oppugnandae eius causa nocte in- 265 prouisus accessit et ex diuersa parte moenium cornicines canere iussit. sufficere propugnatores moenium poterant: ad id latus a quo solo se temptari putabant ⟨cum⟩ confluerent, qua non obsistebatur muros transcendit.

7 Thrasybulus dux Milesiorum, ut portum Sicyoniorum occuparet, a terra subinde oppidanos temptauit, et illo quo lacessebantur conuersis hostibus 270 classe in⟨ex⟩spectata portum cepit.

8 Philippus in obsidione cuiusdam maritimae urbis binas naues procul a

§4 a.259 aC || **§5** a. incert. aC || **§6** cf. 2.5.44, 3.11.3. a.410 aC: Diodor. 13.50; Polyaen. 1.40.9. uel a. 409 aC: Diodor. 13.66.4–67; Plut. Alcib. 31 || **§7** c. a. 600 aC || **§8** a. incert. aC

249 prospectus **β**: prospectis **H** | nisus] uisus **WTς** || 250 hi Ligure] in ligurem **H**[ac2] | ducente loris **h**[2]: ducem teloris **H**[ac]: duce teloris **Pδ**: duce telis **Tς**: duce loris **W**: duce et loris *uulgo* | clauis] *casu recto singulari* clauus, *non* claua || 251 ascensu **β**: ascensum **H** | posteriora **β**: posteria **H** | et *suppl.* **Tς**, *om.* **Hβ** || 256 Rufinus *del. uulgo* | cumplura **H** || 258 naues **ς**: natus **Hβ** (*om.* **T**: litus **o**) || 259 per simulationem *om.* **H** || 260 iis **POς** | fecerunt **Tς**: facerent **Hβ** || 261 dux *ante* Atheniensium *suppl. editores, post eandem uocem suppl.* **Tς**: *om.* **Hβ** | atheniensis **ς** || 262 tutam **β**: tata **H**[ac], tota **h**[2] || 263 illic in **H**: illac in **γ L**: illa in **OK**: illa parte **T** || 264 reliquerunt **β**: liquerunt **H** || 265 *sqq. exemplum 6 paulo licentius reformatum praefixo capituli titulo* (*ubi* expectabatur) *descripsit* **C** || 265 oppugnandi **ε** || 265 *sq.* ⟨cum⟩ Cyzicum oppugnandae eius causa ... accessisset, ex *maluisset Gundermann* || 266 et ex **Tς**: ex **ω**: et *uulgo*: sed ex *Dederich* | sufficere **β**: efficere **H** || 267 propugnatores **ζ**: propugnationi **H**[pc] (-ioni **h**[2*]) **β** (-ione **L**[ac]) | '*fortasse* ⟨sed⟩ ad' (*Gundermann*) | solos[&]emptari **H**–**h**[2] || 268 cum *ante* confluerent *suppl.* **ς**, *ante* ad id **T**: cum fluerent *pro* confluerent **ζ** || 270 lacessebatur **H**[ac2] || 271 inexspectata *editores*: inspectata **Hβ**: insperata **o**

conspectu contabulauit superstruxitque eis turres; aliis deinde turribus adortus a terra, dum urbis propugnatores distringit, turritas naues a mari adpli-
275 cuit, et qua non resistebatur subiit muros.

Pericles Peloponnesiorum castellum oppugnaturus, in quod duo omnino 9
erant accessus, alterum fossa interclusit, alterum munire instituit. castellani, securiores ab altera parte facti, eam solam quam muniri uidebant custodire coeperunt: Pericles, praeparatis pontibus iniectisque super fossam, qua non
280 cauebatur subiit castellum.

Antiochus aduersus Ephesios Rhodiis, quos in auxilio habebat, praecepit 10
ut nocte portum cum magno strepitu inuaderent; ad quam partem omni multitudine cum tumultu decurrente, nudatis defensore reliquis munitionibus, ipse a d⟨i⟩uerso adgressus ciuitatem cepit.

285 X De disponendis insidiis in quas eliciantur obsessi

Cato in conspectu Lacetanorum quos obsidebat, reliquis suorum summo- 1
tis, Suess⟨et⟩anos quosdam ex auxiliaribus maxime inbelles adgredi moenia iussit. hos cum facta eruptione Lacetani facile auertissent et fugientis auide insecuti essent, illis quos occultauerat coortis oppidum cepit.

290 L. Scipio in Sardinia, cuiusdam ciuitatis [parte militum] relicta oppugna- 2
tione quam instruxerat, ⟨parte militum⟩ speciem fugientis praestitit; insecutisque temere oppidanis, per eos quos in proximo occultauerat oppidum inuasit.

§9 cf. 1.5.10. a. 430 aC. de Himilcone narrat Polyaen. 5.10.3 || **§10** aa. 262–246 aC || **§1** a. 195 aC: Liu. 34.20 || **§2** cf. 3.9.4. a. 259 aC

273 eis] eius **γ K** || **274** dum urbis *Gundermann*: domibus **Hβ**: dum ibi *Rubens*: dum illis *uel* dum moenibus *Oudendorp* || **276** Peloponnesiorum *Oudendorp*: peloponnešorum **Hγ**: peno ponnesorum *fere* **δ** || **277** castellani **β**: castellum **H** || **278** muniri **β**: munire **H** || **283** cum *om.* **H** || **284** a diuerso *editores*: aduerso *codd.* || **285** in *om.* **H** | De insidiis per quas **Tς** *ex matricula supra 17* || **286** Cato **H**: C. Cato **β** (*corr.* **K**: M. Cato **T**) || **287** Suessetanos *Gronow ex Liuio*: suessanos **Hβ** || **289** coortis **L**ac**Tς**: cohortis **Hβ**: cohortatis **o** | illis quas ... cohortibus **ζ** *uulgo collato Liuio* || **290** *sq.* parte militum *ante* relicta oppugnatione *in codd., traieci*: oppugnatione *ante* relicta *transposuit* **o**, *non omnino male; quam tamen coniecturam si amplexari uelis,* quos *pro* quam *scribendum erit*: inpugnatione *ante* parte *transtulit* **T**. *tradito uerborum ordine retento supplent* propugnatores ut eliceret cum *post* ciuitatis *Gundermann,* desistens *uel* destitit et *post* instruxerat *Perl, cuius alium quendam conatum incredulus taceo*: *pro* parte militum *legunt* parti militum *Oudendorp,* per tumultum *uulgo* || **292** proximo **WLKς**: proximos **HPO**: proximos colles **T**

3 Hannibal, cum obsideret ciuitatem Himeram, castra sua capi de industria passus est, iussis recedere Poenis tamquam praeualeret hostis. quo euentu 295 Himeraeis ita deceptis ut gaudio inpulsi relicta urbe procurrerent ad Punicum uallum, Hannibal uacuam urbem per eos quos in insidiis ad hanc ipsam occasionem posuerat cepit.

4 Idem, ut Saguntinos eliceret, rara acie ad muros accedens ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit, interpositoque exercitu ab 300 oppido interclusos a suis hostes in medio trucidauit.

5 Himilco Carthaginiensis apud Agrigentum iuxta oppidum partem copiarum in insidiis posuit, praecepitque his ut, cum processissent oppidani, ligna umida incenderent. deinde cum reliqua parte exercitus luce ad eliciendos hostes progressus, simulata fuga persequentis oppidanos longius cedendo 305 protraxit. insidiatores prope moenia imperatum ignem aceruis subiecerunt: unde obortum contemplati fumum Agrigentini incensam ciuitatem suam existimauerunt; defendendaeque eius gratia dum trepide recurrunt, obuiis eis qui insidiati iuxta muros erant et a tergo instantibus quos persecuti fuerant, in medio trucidati sunt. 310

6 Viriathus disposito per occulta milite paucos misit qui abigerent pecora Segobrigensium: ad quae illi uindicanda cum frequentes procurrissent simulantesque fugam praedatores persequerentur, deducti in insidias caesique sunt.

7 Scordisci equites, cum Heracleae d⟨i⟩u⟨ers⟩arum partium praesidio prae- 315 positus esset Lucullus, pecora abigere simulantes prouocauerunt eruptionem: fugam deinde mentiti sequentem Lucullum in insidias deduxerunt et octingentos cum eo milites occiderunt.

8 Chares dux Atheniensium, ciuitatem adgressurus litori adpositam, post quaedam promunturia occulte habita classe, e nauibus uelocissimam praeter 320 hostilia praesidia ire iussit. qua uisa cum omnia nauigia quae pro custodia

§3 a. 409 aC; aliter Diod. 13.59.7–62.2 || **§4** a. 219 aC: Liu. 21.7.8–9: nefanda apud Petronium, sat. 141.9 || **§5** a. 406 aC: Polyaen. 5.10.4; Iosue 8.3–23 || **§6** aa. 147–139 aC || **§7** a. 249 aC: Polyb. 1.44 sq. || **§8** aa. 366–336 aC

294 hiemeram, **296** hiemer(a)eis *codd.*, *corr.* ς, *editores* || **299** Saguntinos] Segestanos *Rubens* | eliceret **β**: eligeret **H** | accedens ζ, *editores*: a(d)scendens **Hβ** || **302** *sq.* copiarum ... his (*39 litt.*) *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} || **303** his **h**^{2}δ: eis γ: suis ζ || **304** luce] prima luce ς | luce ad eliciendos **β**: luceat eligendos **H** || **305** cedendo **β**: cedendos **H** || **306** aceruis **h**^{2}: acerbis **H**^{ac}**β** (*corr.* **oT**) || **311** abigerent **β**: abierent **H** || **312** Segobrigensium ς: secobrigentium *fere* **Hβ** (sego- **T**) | ad quae **LT**ς: atque **Hβ** | procurrissent **H**: procucurrissent **β** (*corr.* **L**ς) || **313** persequerentur **β**: persequentur **H**^{ac}**T**: persequuntur **h**^{2} | caesi **O**ς || **315** aequites **P** | haeradee **H**^{ac2} | diuersarum *Bendz*: duarum *codd.* | partium] cohortium *Freinsheim* || **316** simulantis **H**^{ac2}

portus agebant ad persequendam euolassent, Chares indefensum portum cum reliqua classe inuectus etiam ciuitatem occupauit.

Barca dux Poenorum, in Sicilia Lilybaeum nostris terra marique obsiden- 9
325 tibus partem classis suae procul armatam iussit ostendi. ad eius conspectum cum euolassent nostri, ipse reliquis quas in occulto tenuerat nauibus Lilybaei portum occupauit.

XI De simulatione regressus

Phormion dux Atheniensium, cum depopulatus esset agros Chalciden- 1 sium, legatis eorum de ea re querentibus benigne respondit, et nocte qua
330 dimissurus illos erat finxit litteras sibi superuenisse ciuium suorum, propter quas redeundum haberet; ac paulum regressus dimisit legatos. his omnia tuta et abisse Phormionem renuntiantibus, Chalcidenses spe et oblatae humanitatis et abducti exercitus remissa urbis custodia, cum confestim Phormion reuertisset, prohibere inexspectatam uim non potuerunt.
335 Agesilaus dux Lacedaemoniorum, cum Phoc⟨ae⟩enses obsideret et intel- 2 lexisset eos qui tunc praesidio illis erant iam grauari belli incommoda, paulum regressus tamquam ad alios actus, liberam recedendi occasionem his dedit. non multo post milite reducto destitutos Phoc⟨ae⟩enses superauit.

Alcibiades aduersus Byzantios, qui se moenibus continebant, insidias dis- 3
340 posuit et simulato regressu incautos eos oppressit.

Viriathus, cum tridui iter discedens confecisset, idem illud uno die remen- 4 sus securos Segobrigenses et sacrificio cum maxime occupatos oppressit.

Epaminondas Mantinia⟨e⟩, cum Lacedaemonios in subsidium hosti ue- 5

§9 a. 249 aC: de Hannibale haec Polybius 1.44 || §1 a. 432 aC: Polyaen. 3.4.1 || §2 aa. 396–394 aC: Polyaen. 2.1.16 || §3 cf. 3.9.6. a. 409 aC: Polyaen. 1.40.2; Diodor. 13.66.4–67; Plut. Alcib. 31 || §4 aa. 147–139 aC || §5 a. 362 aC: Polyaen. 2.3.10; Xen. Hell. 7.5.9–17; Polyb. 9.8; Diodor. 15.82.5–84.3; Plut. Ages. 34; Aen. Tact. pol. 2.2; Iustin. 6.7

322 persequendum **L**: persequendam eam **T** | Chares **β**: clam **H** | indefensum] in indefensum **ς** || **329** re querentibus **Tς**, re quaerentibus **H** *more suo*: requirentibus **β** || **330** dimissurus **β**: demissuros **H** || **331** iis **POL**: illis **T** || **332** spe] fide *Wachsmuth* || **335** Phocaeenses *Bendz*: focenses (ph- **H**) *codd.*, *item infra 338* || **336** bello **O**[ac] | incommoda **H**: incommodo **β** || **337** liberam recedendi **β** (occasionem *ante* recedendi *trsp.* **ζ**): liberari recidendi **H** | iis **POL**: eis **K** || **339** Byzantios **Tς**, *editores*: yzanti(-ci-)os **Hβ**, *rubricatoris cod.* **ω** *culpa* || **341** inter discendens **H**[ac2] || **342** cum **H**: tum **β** (*corr.* **T**: quam **ζ**): tum cum *uulgo* || **343** *sqq. exemplum 5 om.* **K** || **343** Mantiniae *Gundermann*: mantinia **Hβ**: mantiniam **ς**: apud Mantiniam **o**, *uulgo* | in subsidium hosti] inobsidium hoc **H**[ac2]

nisse animaduerteret, ratus posse Lacedaemonem occupari, si clam illo profectus esset, nocte crebros ignes fieri iussit, ut specie remanendi occultaret profectionem: sed a transfuga proditus, adsecuto exercitu Lacedaemoniorum, itinere quidem quo Spartam petebat destitit, idem tamen consilium conuertit ad Mantinienses. aeque enim ignibus factis Lacedaemonios, quasi maneret, frustratus, per quadraginta milia passuum reuertit Mantiniam eamque auxilio destitutam occupauit. 345 350

Ex contrario uero circa tutelam obsessorum

XII De excitanda cura suorum

1 Alcibiades ⟨dux⟩ Atheniensium, ciuitate sua ⟨a⟩ Lacedaemoniis obsessa, ueritus neglegentiam uigilum, denuntiauit his qui in stationibus erant, obseruarent lumen quod nocte ostenturus esset ex arce, et ad conspectum eius ipsi quoque lumina attollerent: in quo munere qui cessasset, poenam passurum. dum sollicite exspectatur signum ducis, peruigilatum ab omnibus et suspectae noctis periculum euitatum est. 355

2 Iphicrates dux Atheniensium, cum praesidio Corinthum teneret et sub aduentum hostium ipse uigilias circumiret, uigilem, quem dormientem inuenerat, transfixit cuspide. quod factum quibusdam tamquam saeuum increpantibus, 'qualem inueni', inquit, 'talem reliqui'. 360

3 [Epaminondas Thebanus idem fecisse dicitur.]

XIII De emittendo et recipiendo nuntio

1 Romani, obsessi in Capitolio, ad †Camillum ab exilio† inplorandum miserunt Pontium Cominium, qui, ut stationes Gallorum falleret, per saxa Tar- 365

§1 a. incert. aC: Polyaen. 1.40.3 || §2 aa. 393–391 aC: Nep. Iphicr. 2.1–2 || §1 a. 390 aC; aliter Liu. 5.46; Diodor. 14.116; Plut. Cam. 25; Zonar. 7.23

351 Ex contrario ... obsessorum *om.* **OL** | u(er)o **H**: uelo γ **K** || 352 excitanda ς: exercitanda **HPK**: exercenda **T** || 353 dux *suppl. Gundermann*: *sic iam* π | atheniensium **H**: athenis **β**: atheniensis ς | a *suppl.* **T**ς, *sic iam* π: *om.* **Hβ** || 354 iis **P**δ (*corr.* **T**ς) || 355 ostensurus **WLT**ς | esset *om.* **H** || 357 sollicitae **H** || 360 inuenerat **H**: uiderat **β** || 361 saeuom **H**[ac2] || 362 reliqui] dimisi **O** || 363 Epaminondas ... dicitur (*37 litt.*) *om.* **H**, *suppl.* **h**[2], *eiecit Wachsmuth* || 365 camillum ab exilio **Hβ**: *obelis saepsi.* Camillum ad auxilium ς: Camillum exsulem *Hartel*: Camillum auxilio *Gundermann*: Camilli auxilium ab exsilio *Dederich* || 366 Cominium ς, *Liuius*: cominum ω

peia demissus tranato Tiberi Veios peruenit, et perpetrata legatione similiter ad suos rediit.

Campani, diligenter Romanis a quibus obsessi erant custodias agentibus, 2
370 quendam pro transfuga subornatum miserunt, qui occultatam balteo epistolam inuenta effugiendi causa [occasione] ad Poenos pertulit.

[Venationi quoque et pecoribus quidam insuerunt litteras membranis 3 mandatas.

Aliqui et iumento in auersam partem infulserunt, dum stationes transeunt. 4
375 Nonnulli interiora uaginarum inscripserunt.] 5

L. Lucullus, Cyzicenos obsessos a Mithridate ut certiores aduentus sui fa- 6 ceret, cum praesidiis hostium teneretur introitus urbis, qui unus et angustus ponte modico insulam continenti iungit, militem e suis nandi et nauticae artis peritum iussit insidentem duobus inflatis utribus litteras insutas habenti-
380 bus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter se distantibus conmiserat, ire septem milium passuum traiectum; quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus uelut gubernaculis dimissis cursum dirigeret et procul uisentis, qui in statione erant, marinae specie beluae deciperet.

Hirtius consul ad Decimum Brutum, qui Mutinae ab Antonio obsideba- 7
385 tur, litteras subinde misit plumbo scriptas, quibus ad brachium religatis milites Scultennam amnem tranabant.

Idem columbis, quas inclusas ante tenebris et fame adfecerat, epistulas 8 saeta ad collum religabat easque a propinquo (in quantum poterat) moenibus loco emittebat. illae lucis cibique auidae altissima aedificiorum petentes ex-
390 cipiebantur a Bruto, qui eo modo de omnibus rebus certior fiebat, utique postquam disposito quibusdam locis cibo columbas illuc deuolare instituerat.

§2 a. 211 aC; aliter Liu. 26.7 || §6 a. 74 aC: Sall. hist. 3.37 Mb.; Flor. 3.5.15–16; Oros. 6.2.14; Sid. Ap. 22.512 || §7 a. 43 aC: Dio 46.36.4–5 || §8 a. 43 aC: Plin. n. h. 10.37

367 demissus **T**ς, *editores*: dimissus **H**β || 370 transfuga subornatum β: transfugas (-is **h**[2]) obornatum **H** || 371 causa **H**: causae β: *om.* ζ, *delent editores.* occasione *deleuerunt* **T**, *Baehrens*: *pro* causa *scripserunt* e castris *Oudendorp*, clam *Hartel* || 372 uenationi–375 inscripserunt *eiecit Woelfflin* || 372 uenationi **oLT**: uenatione **H**γ **O**[ac]**K** | insuerunt] inseruerunt ς: miserunt ζ || 374 aliqui β: aliquid **H** | iumento *Stewech*: iumentum **H**β: iumentorum *Dederich* | auersam δ: auersum **H**: aduersam γε || 378 ponte β: potentem **H** || 379 insedentem **H**[ac2] || 382 demissis **h**[2]**T**ς || 383 marinae **H**: marina β (*corr.* **oT**ς) | speci[a]e **H**–**h**[2] || 384 *sqq. exempla 7, 8 cum titulo capituli descripserunt exc. Par.* || 385 religatis β: ligatis **H**ς || 386 Scultennam *de Maulde* (scultemnam *iam* ζ): scutellam **HOT**: scultellam **PLK**, *exc. Par.*, scultella **W** || 387 aepistulas **P** || 388 moenibus ⟨Mutinensibus⟩ *Wachsmuth*

XIV De introducendis auxiliis et commeatibus suggerendis

1 Bello ciuili, cum Ategua urbs in Hispania Pompeianarum partium obsideretur, Maurus inter noc⟨tem⟩ tamquam Caesarianus tribuni cornicularius uigiles quosdam excitauit; ex quibus ⟨***⟩ ali[qu]os excitans constantia fallaciae suae per medias Caesaris copias praesidium Pompei transduxit. 395

2 Hannibale obsidente Casilinum, Romani far in doliis secunda aqua Volturni fluminis demittebant, ut ab obsessis exciperetur. quibus cum obiecta per medium amnem catena Hannibal obstitisset, nuces sparsere; quae cum aqua ferente ad oppidum defluerent, eo commeatu sociorum necessitatem sustentauerunt. 400

3 Hirtius Mutinensibus obsessis ab Antonio salem, quo maxime indigebant, cupis conditum per amnem Scultennam intromisit.

4 Idem pecora secunda aqua demisit, quae excepta sustentauerunt necessariorum inopiam. 405

XV Quemadmodum efficiatur ut abundare uideantur quae deerunt

1 Romani, cum a Gallis Capitolium obsideretur, in extrema iam fame panem in hostem iactauerunt, consecutique ut abundare commeatibus uiderentur, obsidionem donec Camillus subueniret tolerauerunt. 410

2 [Athenienses aduersus Lacedaemonios idem fecisse dicuntur.]

3 Hi qui ab Hannibale Casilini obsidebantur, ad extremam famem peruenisse crediti, cum etiam herbas alimentis eorum Hannibal, arato loco qui

§1 a. 45 aC: Dio 43.33–34; auctor bell. Hisp. 19.4; Val. Max. 9.2.4. *Maurus quidam*, sc. Munatius Flaccus || §2 a. 216 aC: Liu. 23.19 || §3 a. 43 aC || §4 a. 43 aC || §1 a. 390 aC: Val. Max. 7.4.3; Liu. 5.48.4–5; Ou. fast. 6.351 || §3 a. 216 aC: Liu. 23.19.13–15; Strab. 5.4.10

394 obsideretur **β**: obsidetur **H** || 395 Maurus] Munatius *Voorbroek ex Dione* | inter noctem *Gundermann ex Dione*: interrex **Hβ**, *miro errore*: interim rex ζ: in tesseram *Oudendorp* || 396 *lacunam exhibui*: ⟨cum tesseram accepisset⟩ *Gundermann collato Dione* | alios *Voorbroek*: aliquos **Hβ** | excitans *Gundermann*: euitans **Hβ** || 398 Casilinum *editores* (cassilinum *iam* **Tς**): catilinum **Hβ** | far in *ex* farin (**H**) *intellegendum docuit Zechmeister collato Liuio*: farinam **β** *uulgo* | doliis **oTς**, *editores*: doleis **Hβ** | uulturni **h**[2]**OTς** || 399 demittebant **Kς**: dimittebant **Hβ** || 403 Hirtius **β**: Huius **H** || 404 Scultennam *Oudendorp* (*cf. supra 386*): santernum **H**: samternum *fere* **β** || 405 demisit **β**: dimisit **Hς**: diuisit **T** | sustentauerunt **β**: sustentauerat **H**[ac], -ant **h**[2] || 407 *sqq. titulum capituli et exempla 1, 2, 3, 4 descripserunt exc. Par.* || 411 Athenienses...dicuntur *eiecit Wachsmuth*

erat inter castra ipsius et moenia, praeriperet, semina in praeparatum locum
415 iecerunt, consecuti ut habere uiderentur quo uictum sustentarent usque ad
satorum prouentum.

Reliqui ex Variana clade cum obsiderentur, quia defici frumento uide- 4
bantur, horrea tota nocte circumduxerunt captiuos, deinde praecisis manibus
dimiserunt. hi circumsedentibus suis persuaserunt ne spem maturae expu-
420 gnationis reponerent in fame Romanorum, quibus ingens alimentorum copia
superesset.

Thraces in arduo monte obsessi, in quem hostibus accessus non erat, col- 5
lato uiritim exiguo tritico paucas oues pauerunt ⟨***⟩ in hostium praesi-
dia: quibus exceptis et occisis, cum frumenti uestigia in uisceribus earum ap-
425 paruissent, opinatus hostis magnam uim tritici superesse eis, qui inde etiam
pecora pascerent, recessit ab obsidione.

Thrasyb⟨u⟩lus dux Milesiorum, cum longa obsidione milites sui angeren- 6
tur ab Halyatte, qui sperabat eos ad deditionem fame posse compelli, sub
aduentum legatorum Halyattis frumentum omne in forum compelli iussit, et
430 conuiuiis sub id tempus institutis per totam urbem epulas praestitit; atque
ita persuasit hosti superesse ipsis copias quibus diuturnam sustinerent obsi-
dionem.

XVI Qua ratione proditoribus et transfugis occurratur

Claudius Marcellus, cognito consilio L. Bantii Nolani, qui corrumpere ad 1
435 defectionem populares studebat et Hannibali gratificabatur, quod illius bene-
ficio curatus inter Cannenses saucius et ex ea captiuitate remissus ad suos

§4 a. 9 pC || §5 a. incert. aC || §6 c. a. 611 aC: Herodot. 1.21 sq.; Polyaen. 6.47 || §1 a. 216 aC: Liu. 23.15–16; Plut. Marc. 10–11; Dio frg. 57.33. cf. de Fabio narratum 4.7.36; Val. Max. 7.3.7; auctor de uir. ill. 43; Plut. Fab. 20, apopth. Fab. Max. 4; Liu. 27.15

414 inter **β**: intra **Hζ** | in[ter] **H**–**h**[2] || 417 frumentum **H**[ac2] || 422 accessus] ascensus **ς** || 423 paucas oues *Gundermann*: paucas eo **H**: aut caseo **β**: oues eo *Oudendorp*: pecudes eo *Hartel* (*cf.* pecora ex eo **π**) | *lacunam exhibui*: ⟨pecora⟩ pauerunt ⟨et⟩ in h. p. ⟨produxerunt⟩ **o**: ⟨pecora⟩ pauerunt ⟨eaque⟩ in h. ⟨impulerunt⟩ p. **T**: ⟨et⟩ in h. p. ⟨dimiserunt⟩ *uulgo*: ⟨pepuleruntque⟩ in h. p. *Oudendorp*: ⟨et egerunt⟩ in h. p. *Hartel* || 424 occisis cum **H**: occisis qui cum **γ**: occisis qu(a)e cum **δ** (*corr.* **oKTς**) || 427 Thrasybulus *editores collato Herodoto*: Thrasibius *codd.* || 428 qui] quia **o** | compelli **HOKς**: compelle **P**: compellere **WLς**: comportari **T**, *coni. Oudendorp, qui et de* congeri *scribendo cogitauit* || 430 id] it **H** || 434 Bantii Nolani **ς**, *editores ex Liuio et Plutarcho*: bat(a)ei nolani *fere codd.*

erat – quia interficere eum, ne supplicio eius reliquos concitaret Nolanos, non audebat, arcessitum ad se allocutus est, dicens fortissimum militem eum esse, quod antea ignorasset, hortatusque est ut secum moraretur et super uerborum honorem equo quoque donauit. qua benignitate non illius tantum fidem sed etiam popularium, quae ex illo pendebat, sibi obligauit. 440

2 Hamilcar dux Poenorum, cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent et iam ex consuetudine ut socii exciperentur, fidissimos subornauit ad simulandam transitionem; qui Romanos excipiendorum causa eorum progressos ceciderunt. quae sollertia Hamilcari non tantum ad praesentem profuit successum sed in posterum praestitit, ut Romanis ueri quoque transfugae forent suspecti. 445

3 Hanno Carthaginiensium imperator in Sicilia, cum conperisset Gallorum mercennariorum circiter quattuor milia conspirasse ad transfugiendum ad Romanos, quod aliquot mensum mercedes non receperant, animaduertere autem in eos non auderet metu seditionis, promisit prolationis iniuriam liberalitate pensaturum. quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum ⟨prae⟩datur⟨os⟩ pollicitus, fidelissimum dispensatorem ad Otacilium consulem misit, qui tamquam rationibus interuersis transfugisset nuntiauit nocte proxima Gallorum quattuor milia, quae praedatum forent missa, posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfugae, nec tamen rem spernendam ratus, disposuit in insidiis lectissimam manum suorum. ab ea Galli excepti dupliciter Hannonis consilio satisfecerunt: et Romanos ceciderunt et ipsi omnes interfecti sunt. 450 455

4 Hannibal simili consilio se a transfugis ultus est: nam cum aliquos ex militibus suis sciret transisse proxima nocte, nec ignoraret exploratores hostium in castris suis esse, palam pronuntiauit non debere transfugas uocari sollertissimos milites, qui ipsius iussu exierint ad excipienda hostium consilia. auditis quae pronuntiauit, retulerunt exploratores ad suos: tum comprehensi a Romanis transfugae et amputatis manibus remissi sunt. 460 465

5 Diodorus, cum praesidio Amphipolim tueretur et duo milia Thracum

§2 aa. 260–241 aC || §3 a. 261 aC: Diodor. 23.8.3. de Hamilcare narrat Zonar. 8.10 || §5 a. 168 aC: Liu. 44.44

439 est **β**: eos **H** || 441 qu(a)e **H**: qui **β** | pendebant **Lε** || 443 fidissimos **H**: fidelissimos **β** || 449 nonspirasse $\mathbf{H}^{ac2}$ || 450 aliquod $\mathbf{H}^{ac2}$ | mensium **δ** || 452 p(er)[e]tempus **H** – $\mathbf{h}^{2}$ || 453 praedaturos *Hartel*: datur **H**: datis **β**: dilatis *Lips* | pollicitus **H**: pollicitis **β** || 454 transfugisset **H**: transfugisse **β** (*corr.* ς) || 455 praedatum **Tς**: datum **Hβ** || 463 qui **β**: quo **H**: quoniam ς || 464 comprehensi **LTς**: con(com-)pressi **Hγ OKς** || 466 Diodorus ς, *editores ex Liuio*: Diodotus **Hβ**

suspecta haberet, quae uidebantur urbem direptura, mentitus est paucas hostium naues proximo litori adplicuisse easque diripi posse. qua spe stimulatos Thracas emisit ac deinde clausis portis non recepit.

470 XVII De eruptionibus

Romani qui in praesidio Panhormitanorum erant, ueniente ad obsidionem Hasdrubale, raros ex industria in muros posuerunt defensores; quorum paucitate contempta cum incautus muris succederet Hasdrubal, eruptione facta ceciderunt eum. 1

475 Aemilius Paulus, uniuersis Liguribus inprouiso adortis castra eius, simulato timore militem diu continuit; deinde fatigato iam hoste quattuor portis eruptione facta strauit cepitque Ligures. 2

Liuius praefectus Romanorum arcem Tarentinorum tenens misit ad Hasdrubalem legatos, abire uti sibi incolumi liceret: ea simulatione ad securi- 480 tatem perductum hostem eruptione facta cecidit. 3

Cn. Pompeius circumsessus ad Dyrrhacium non tantum obsidione liberauit suas, uerum etiam post eruptionem, quam opportuno et loco et tempore fecerat, Caesarem ad castellum, quod duplici munitione instructum erat, auide inrumpentem exterior ipse circumfusus corona obligauit, ut ille inter 485 eos quos obsidebat et eos qui extra circumuenerant medius non leue periculum et detrimentum senserit. 4

Flauius Fimbria in Asia apud Rhyndacum aduersum filium Mithridatis, brachiis a latere ductis, deinde fossa in fronte percussa, quietum in uallo militem tenuit, donec hostilis equitatus intraret angustias munimentorum: tunc 490 eruptione facta sex milia eorum cecidit. 5

C. Caesar in Gallia, deletis ab Ambiorige Titurii Sabini et Cottae legato- 6

§1 cf. 2.5.4. a. 251 aC: Polyb. 1.40; Diodor. 23.21; Zonar. 8.14 || §2 a. 181 aC: Liu. 40.25.27–28 || §3 aa. 212–209 aC: Liu. 26.39 || §4 a. 48 aC: Caes. b. c. 3.65–70 || §5 a. 85 aC || §6 a. 54 aC: Caes. b. G. 5.37–52; Polyaen. 8.23.7; Dio 40.10; Oros. 6.10.6–8

467 suspecta ... urbem (*34 litt.*) *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} | est *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} || 469 clausis] clasis **H**^{ac2} || 473 incautas **H**^{ac2}: incautius **T** || 476 fagigato **H**^{ac2} || 478 Liuius *editores*: Velus **Hβ** || 479 abire uti **H**: uti (ut **Tς**) abire **β** | incolumi **β**: in incolumi **H**: incolumis **ζ** || 481 circumsessus **Tς**: circumsessos **Hβ** || 482 eruptione *Lips* || 487 Rhyndacum **ς**: rinthacum **H**: rhidinacum *fere* **β** | aduersus **ς** || 491 C. *om.* **γ K** | ab Ambiorige Titurii Sabini **oLTς**: ab ambuo rege titurii sabini **β**: abambiore g&i ituri insabini **H**

rum copiis, cum a Q. Cicerone (qui et ipse oppugnabatur) certior factus cum duabus legionibus aduentaret, conuersis hostibus metum simulauit militesque in castris, quae artiora solito industria fecerat, tenuit. Galli praesumpta iam uictoria uelut ad praedam castrorum tendentes fossas inplere et uallum detrahere coeperunt; qua re proelio ⟨non⟩ aptatos Caesar emisso repente undique milite trucidauit. 495

7 Titurius Sabinus aduersus Gallorum amplum exercitum, continendo militem intra munimenta praestitit eis suspicionem metuentis: cuius augendae causa perfugam misit qui adfirmaret exercitum Romanum in desperatione esse ac de fuga cogitare. barbari oblata uictoriae spe concitati lignis sarmentisque se onerauerunt quibus fossas conplerent, ingentique cursu castra nostra in colle posita petiuerunt; unde in eos Titurius uniuersas inmisit copias, multisque Gallorum caesis plurimos in deditionem accepit. 500

8 Asculani, oppugnatur⟨o⟩ oppidum Pompei⟨o⟩ cum paucos senes ⟨et⟩ aegros in muris ostendissent, ob id securos Romanos eruptione facta fugauerunt. 505

9 Numantini obsessi ne pro uallo quidem instruxerunt aciem, adeoque se continuerunt ut Popilio Laenati fiducia fieret scalis oppidum adgrediendi: quo deinde suspicante insidias, quia ne tunc quidem obsistebatur, ac suos reuocante, eruptione facta auersos et descendentis adorti sunt. 510

XVIII De constantia obsessorum

1 Romani, adsidente moenibus Hannibale, ostentandae fiduciae gratia supplementum exercitibus quos in Hispania habebant diuersa porta miserunt.

2 Idem agrum in quo castra Hannibal habebat, defuncto forte domino uenalem, ad id pretium licendo perduxerunt quo is ager ante bellum uenierat. 515

§7 a. 56 aC: Caes. b.G. 3.17–19 || §8 a. 90 aC || §9 a. 138 aC: Liu. perioch. 55 || §1 a. 211 aC: Liu. 26.11; Val. Max. 3.7.10 || §2 a. 211 aC: Liuius et Valerius Maximus ut supra ad 1

492 Q. *editores*: Quinto **H**β || 494 artiora *Stewech collato Caesare*: ampliora *codd.*: angustiora *Oudendorp* || 496 non *suppl. Dederich* | aptatos] intentos **o**[ul]**T**: occupatos *Oudendorp*: inparatos *Wasse* || 499 augendae β: agendae **H** || 503 titurios **H**[ac2] || 504 plurimos **H**: plurimum β (*corr.* **T**ς) || 505 oppugnaturo oppidum Pompeio *editores*: oppugnaturoppidum pompei(-ii **h**[2]) **H**: oppugnaturis (-i **o***Kζ) oppidum pompeii β: obpugnante oppidum pompeio **T** | et *suppl. Lips* || 508 ne β: sine **H** || 510 ne *om.* **H**: nec **h**[2]**K** || 513 graciae **H**[ac2] || 516 is ager ante β: his [a]gerente **H** – **h**[2]

Idem, ⟨cum⟩ ab Hannibale obsiderentur et ipsi obsiderent Capuam, decreuerunt ne nisi capta ea reuocaretur inde exercitus. 3

[LIBER QVARTVS

Multa lectione conquisitis strategematibus et non exiguo scrupulo digestis ut promissum trium librorum implerem, si modo impleui, hoc exhibebo ea quae parum apte discriptioni priorum ad speciem alligata⟨e⟩ subici uidebantur, et erant exempla potius strategicon quam strategemata. quae idcirco se-
5 paraui quia, quamuis clara, diuersae tamen erant substantiae, ne, si qui forte in aliqua ex his incidissent, similitudine inducti praetermissa opinarentur. et sane uelut ⟨res⟩ residua expedienda fuit: in qua et ipsa ordinem per species seruare conabor

I de disciplina;
10 II de effectu disciplinae;
III de continentia;
IV de iustitia;
V de constantia;
VI de affectu et moderatione;
15 VII de uariis consiliis.

§3 a. 211 aC: Liu. 26.1.7–8; Polyb. 9.3–7

517 Idem **H**: Hi dum **β** | cum *suppl. Gundermann* | obsiderent] obsiderentur **H**^{ac2} || 517 *sq.* Hi, dum ab H. obsiderentur, et ipsi obsederunt C. decreueruntque ne *e.q.s.* **Tς**, *Oudendorp*: Hi dum ab H. obsiderentur et ipsi Capuam decreuerunt obsidere **ζ** || 518 ne nisi] nesi **H**^{ac2} | IVLI⟨I⟩ FRONTI⟨NI⟩. ⟨S⟩TRATEG⟨EMAT⟩ICON. LIBER .III. EXPLICIT. INCIPIT EVSDEM (*sic*) LIBER .IIII. FELICITER **H**–**h**^{2}: IVLI FRONTINI STRATEGEMATICON (*haec uox deest in* **W**) LIBER TERTIVS EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM LIBER QVARTVS FELICITER **γ**: Explicit liber tertius incipit praefatio libri quarti **T**: *om.* **L**. *post capitulationem* IVLI FRONTINI STRATEGEMATICON LIBER .IIII. INCIPIT **G**, Incipiunt capitula libri quarti **O**

1 *sqq. totum hunc librum, quem Frontino abiudicauerunt multi quemque suppositicium ipse censeo, exscripsit* **G** | Multa – 8 conabor *om.* **K** || 2 hoc] hic **ς**: nunc **T**: in hoc *uulgo* || 3 discriptioni *Buecheler eleganter*: descriptioni **β**: descriptione **α** | alligatae *Wachsmuth*: alligata **ω** || 4 et erant … strategemata *post* 5 substantiae *transponenda suadet Goetz* | et] h(a)ec **γ** | erunt **ζ** | strate gemate **G**: strategematicon *Schrijver* || 5 clara] claret **G** | ne] '*fortasse* ac ne' (*Gundermann*) || 6 inducti **oTς**: indocti **ω** || 7 sane **α**: sana **β** (*corr.* **oT**) | res *ante* residua *suppl. Oudendorp, ante* uelut *idem iam suppleuerat* **T** | residua] res idonea **o** | expedienda **OTς**: expediendi **αγ L** | ipsa **H**: ipse **Gβ** | ordinem **β**: ordine **α** | perspicies **H** || 14 affectu **ς**: effectu **ω**

I De disciplina

1 P. Scipio ad Numantiam corruptum superiorum ducum socordia exercitum correxit dimisso ingenti lixarum numero, redactis ad munus cotidiana exercitatione militibus. quibus cum frequens iniungeret iter, portare conplurium dierum cibaria imperabat, ita ut frigora et imbres pati, uada fluminum 20 pedibus traicere adsuesceret miles, exprobrante subinde imperatore timiditatem et ignauiam, frangente delicatioris usus ac parum necessaria expeditioni uasa. quod maxime notabiliter accidit C. Memmio tribuno, cui dixisse traditur Scipio 'mihi paulisper, tibi et rei publicae semper nequam eris'.

2 Q. Metellus bello Iugurthino similiter lapsam militum disciplinam pari 25 seueritate restituit, cum insuper prohibuisset alia carne quam assa elixaue milites uti.

3 Pyrrhus dilectatori suo fertur dixisse 'tu grandes elige, ego eos fortes reddam'.

4 L. Flacco et C. Varrone consulibus milites primo iure iurando adacti sunt; 30 antea enim sacramento tantummodo a tribunis rogabantur, ceterum ipsi inter se coniurabant se fugae atque formidinis causa non abituros neque ex ordine recessuros nisi teli petendi feriendiue hostis aut ciuis seruandi causa.

5 Scipio Africanus, cum ornatum scutum elegantius cuiusdam uidisset, dixit non mirari se quod tanta cura ornasset in quo plus praesidii quam in 35 gladio haberet.

6 Philippus, cum primum exercitum constitueret, uehiculorum usum omnibus interdixit; equitibus non amplius quam singulos calones habere permi-

§1 a. 134 aC: Val. Max. 2.7.1; Liu. perioch. 57; Flor. 2.18.9; Veget. 3.10; Plut. apopth. Scip. min. 16–17; Appian. Hisp. 85; Polyaen. 8.16.2 || §2 a. 109 aC: Val. Max. 2.7.2; Sall. Iug. 44–45; Eutrop. 4.27; Plut., Appian., Polyaen. ut supra ad 1, Scipioni hoc dictum tribuentes || §3 a. incert. aC || §4 a. 216 aC: Liu. 22.38 || §5 a. 134 aC?: Liu. perioch. 57; Plut. apopth. Scip. min. 18,19; Polyaen. 8.16.3,4; Aelian. u. h. 11.9.5

18 cottidiane **G** || 21 traicere **h**[2] **β**: traiecere **G**, traicare **H**[ac] || 22 delicatioris **h**[2] **β**: dilicationis **G**, dilicatores **H**[ac] | ac parum] a parum **H**[ac], a patrum *uoluit* **h**[2] || 23 notabiliter **Tς**: nobiliter **ω** | G. **G**: gaio **Hβ** | nemmio **γ** || 24 m. p. et tibi, rei p. s. n. eris **T**: m. p. et rei p., tibi s. n. eris *Oudendorp collato Plutarcho* | nequaquam **δ** (*corr.* **T**) || 26 seueritate … insuper *om.* **H**, *suppl.* **h**[2] | assae lixaue **HG**. *quae dicit auctor ita confirmat traditio apud Plutarchum Polyaenum Appianum obuia ut omnis emendatio* (*e. c.* a se assa *Lips collato Sallustio*) *inhiberi uideatur: fateor tamen me hunc locum non intellegere* || 28 *sqq. exempla 3, 5 sub titulo* DE DISCIPLINA IN MILITES *descripsit* **C** || 28 Pyrhrus **G** | dilectatori **α** (de- **h**[2]): delectori **β** || 30 flacco *codd.*: Paulo *Scheel ex Liuio* | adacti *amicus Oudendorpii ex Liuio*: facti *codd.* || 32 iurabant **G** | se fugae **β**: sed fugae **α** | atqu[a]e **H**–**h**[2] || 35 se] sed **H**[ac2] || 38 calones **Kς**: lacones **ω**

sit, peditibus autem denis singulos, qui molas et funes ferrent; in aestiua ex-
40 euntibus triginta dierum farinam collo portari imperauit.

7 C. Marius, recidendorum impedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur, uasa et cibaria militis in fasciculos aptata furcis inposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset: unde et prouerbium tractum est, 'muli Mariani'.

45 8 Theagenes Atheniensis, cum exercitum Megaram duceret, petentibus ordines respondit ibi se daturum: deinde clam equites praemisit eosque hostium specie impetum in suos retorquere iussit. quo facto cum ⟨quos secum⟩ habebat tamquam ad hostium occursum praepararentur, permisit ita ordinari aciem ut quo quis uoluisset loco consisteret. cum inertissimus quisque retro
50 se dedisset, strenui autem in fronte⟨m⟩ prosiluissent, ut quemque inuenerat stantem, ita ad ordines militiae prouexit.

9 Lysander Lacedaemonius egressum uia quendam castigabat; cui dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse respondit 'ne speciem quidem rapturi praebeas uolo'.

55 10 Antigonus, cum filium suum audisset deuertisse in eius domum cui tres filiae insignes specie essent, 'audio', inquit, 'fili, anguste habitare te pluribus dominis domum possidentibus: hospitium laxius accipe'; iussoque commigrare, edixit ne quis minor quinquaginta annos natus hospitio matris familias uteretur.

60 11 Q. Metellus consul, quamuis nulla lege impediretur quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere.

12 P. Rutilius consul, cum secundum leges in contubernio suo habere posset filium, in legione militem fecit.

§7 a. incert. aC: Festus pp. 22.15 L., 134.6 L.; Plut. Mar. 13 || §8 a. incert. aC: Polyaen. 5.28.1 Theognidi, 3,9,10 Iphicrati hoc tribuens || §10 a. incert. aC: Plut. Demetr. 23, apopth. Antig. 5 || §11 a. 109 aC; contra, Sall. Iug. 64.4 || §12 a. 105 aC

39 aestiua] extiua **H**, aestiuae **G** || 40 portare ς || 42 agmen oneratur] acme noneratur **G** | militis *codd.*: militum ζ *uulgo* || 43 et] et in δ, *uulgo* || 44 muli ς: multi ω || 45 Theagenes] *Polyaeno* Theognis || 47 impetum] imperatum γ **K**ς | suos ς: socios ω | quos secum *suppl. Stewech*: habebat *deletum in* **O**, *om.* **LKT**ς || 48 praepararentur **h**[2]β: praeparaentur **G**, -rentur **H** | ordinare **G** || 49 *sq.* se retro **HT** || 50 frontem *Dederich*: fronte ω | rosiluissent **G**, prosiluisset **H**[ac2] || 55 eius *codd.*: uiduae *Eussner ex Plutarcho*: mulieris *Goetz*: anus *Gundermann*: eius ⟨uiduae⟩ *Bendz in apparatu* || 56 angustae habitar[&]e **H**–**h**[2] || 58 edixit β: dixit ας || 60 quin **h**[2]**GLT**ς: qui[n] **O**: qui in **H**[ac]γ**K**ς || 61 in ordine merere α: in ordinem aerere **P**: in ordinem herere **WL**: in ordinem arere (arcere **o**) **O**: in ordine eum arere **K**: in ordinem redigere **T**: in ordine habere ς

13 M. Scaurus filium, quod in saltu Tridentino loco hostibus cesserat, in conspectum suum uenire uetuit. adulescens uerecundia ignominiae pressus 65 mortem sibi consciuit.

14 [Castra antiquitus Romani ceteraeque gentes passim per corpora cohortium uelut mapalia constituere soliti erant, cum solos urbium muros nosset antiquitas. Pyrrhus Epirotarum rex primus totum exercitum sub eodem uallo continere instituit: Romani deinde, uicto eo in campis Arusinis circa urbem 70 Maluentum, castris eius potiti et ordinatione notata, paulatim ad hanc usque metationem quae nunc effecta est peruenerunt.]

15 P. Nasica in hibernis, quamuis classis usus non esset necessarius, ne tamen desidia miles corrumperetur aut per otii licentia sociis iniuriam inferret, nauis aedificare instituit. 75

16 M. Cato memoriae tradidit, in furto conprehensis inter commilitones dextras esse praecisas, aut, si lenius animaduertere uoluissent, in principiis sanguinem missum.

17 Clearchus dux Lacedaemoniorum exercitui dicebat imperatorem potius quam hostem metui debere, significans eos, qui in proelio dubiam mortem 80 timuissent, certum, si deseruissent, manere supplicium.

18 Appii Claudii sententia senatus eos, qui a Pyrrho rege Epirotarum capti et postea remissi erant, equites ad pedites redegit, pedites ad leuem armaturam, omnibus extra uallum iussis tendere, donec bina hostium spolia singuli referrent. 85

19 Otacilius Crassus consul eos, qui ab Hannibale sub iugum missi redierant, tendere extra uallum iussit, ut inmuniti adsuescerent periculis et aduersus hostem audentiores fierent.

§13 a.102 aC: Val.Max. 5.8.4; auctor de uir.ill.72.10; Liu. perioch.68 || **§14** a.275 aC: Liu. 35.14; aliter Plut. Pyrrh.16; Flor. 1.18.11,25; Eutrop. 2.14.3 || **§15** a.194/3 aC: Liu. 34.43, 35.1 || **§16** Gell. 10.8.1 || **§17** aa. 431–401 aC: Val. Max. 2.7 ext. 2; Xen. anab.2.6.10 || **§18** a.279 aC: Val.Max. 2.7.15; Liu. perioch.13; Eutrop. 2.13; Zonar. 8.4 || **§19** a.263 (M'. Otacilio Crasso cos.) uel 261 (eodem cos.II) uel 246 (T. Otacilio Crasso cos.) aC

64 tridentino loco **α**: trident in hoc loco **β** (*corr.* **Kζ**) || 67–72 *hoc exemplo iam dudum a* **K** *praeterito liber aduenticius interpolatur et ipse, ut perspexit Wachsmuth* || 68 mapalia **L** *casu, editores*: mappalia **αγ O**: in Apulia **ζ** || 69 Pyrhrus **G** || 71 Maluentum *de l'Escale*: statuentum **Hβ**: fatuentum **G**: Beneuentum *de Maulde* || 72 metatione **G** || 73 classis usus] clausis **H**[ac2] || 74 aut] ut **H**[ac2] | otii licentia **γ**: otii licentiam **α Kς**: ocii licentias **T**: opulentia **o**, opulentiam **L** | inferret **Tς**: inferrent **ω** || 76 tradit **G** || 77 si lenius *Lips*: silentius **ας**: ut silentius *fere* **β**: si leuius **ς** | principiis **ς**: principis **ω** | praecisas: at si lentius animaduertere uoluissent in principes, sanguinem missum *Stewech* || 79 *sqq. exemplum 17 descripsit* **C** || 79 exercituo **G** || 82 sententia **β**: sententiam **α** || 83 remise **G** | pedites[1] **ζ** *Bendz*: pedes **H**[ac]: pedem **h**[2]**G**: peditem **β** | pedites[2] **G**, peditos **H**: *om.* **β** (*suppl.* **ς**: peditem *suppl.* **oT**) || 84 iussit **H**

P. Cornelio Nasica Decimo Iunio consulibus, qui exercitum deseruerant, 20
90 damnati, uirgis caesi, publice uenierunt.

Domitius Corbulo in Armenia duas alas et tres cohortes, quae ad castellum Initia hostibus cesserant, extra uallum iussit tendere, donec adsiduo labore et prosperis excursionibus redimerent ignominiam. 21

Aurelius Cotta consul, cum ad opus equites necessitate cogente iussisset 22
95 accedere eorumque pars detractasset imperium, questus apud censores effecit ut notarentur. a patribus deinde obtinuit ne eis praeterita aera procederent; tribuni quoque plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omniumque consensu stabilita disciplina est.

Q. Metellus Macedonicus in Hispania quinque cohortes, quae hostibus 23
100 cesserant, testamentum facere iussas ad locum reciperandum remisit, minatus non nisi post uictoriam receptum iri.

P. Valerio consuli senatus praecepit exercitum ad Sirim uictum ducere 24 Saepinum ibique castra munire et hiemem sub tentoriis exigere. senatus, cum turpiter fugati eius milites essent, decreuit ne auxilia eis summitteren-
105 tur, nisi captis eius ⟨***⟩.

Legionibus, quae Punico bello militiam detractauerant, in Siciliam uelut 25 relegatis per septem annos hordeum ex senatus consulto datum est.

L. Piso C. Titium praefectum cohortis, quod loco fugitiuis cesserat, cinctu 26 togae praeciso, soluta tunica, nudis pedibus in principiis cotidie stare dum
110 uigiles uenirent iussit, conuiuiis et balneo abstinere.

§20 a. 138 aC: Liu. perioch. 55 || §21 a. 58/9 pC: Tac. ann. 13.36 || §22 a. 252 aC. simile quid apud Val. Max. 2.9.7 || §23 a. 143 aC: Val. Max. 2.7.10; Vell. 2.5; auctor de uir. ill. 61 || §24 a. 280 aC || §25 a. incert. aC: Liu. 24.18, 26.1. ad rem Suet. Aug. 24; Plut. Marc. 25 || §26 a. 133 aC: Val. Max. 2.7.9

90 public[a]e **H**–**h**² || 92 initia **α**: initio **β**: cum Paccio *Oudendorp ex Tacito* || 95 detrectasset **h**²**γ T** || 100 reciperandum **H**^ac^**G**: recuperandum **h**²**β** || 102 *sqq. exempla 24–27 om.* **K** || 103 Saepinum *Gundermann*: serinum *fere codd.* (*sed* firmi **W**, sirmum **T**, firmum **ς**): in Samnium *uel* ad Ferentinum *Niebuhr:* in Setinum *Scheel* | ubique **H** || 103 senatus *e. q. s. a praecedentibus disiungunt ut nouum exemplum edd.* || 104 eis **α**: ei **β** (*corr.* **ς**) || 104–106 summitterentur nisi captis eius legionibus *e. q. s.* **αγ** (eius *del.* **w**)**L**: summitterentur./[Le————]/gionibus *e. q. s.* **O**^pc^ (*punctum post* summitterentur, Le———— *in ras. c. 15 litt. posuit* **o**). *totum locum sic refecit* **T**: ne auxilia eisis submitteretur. Idem legionibus in p. b. m. decreuerant in sicilia, uelut r. p. vii a. decreuit ordeum dari. *lacunam post* eius *intercidere nouumque exemplum inde ab* legionibus *incipere monuit Gundermann*: nisi captis et uictis hostibus. eis legionibus **ς** || 106 detractauerant **h**² || 107 relegatis **αO**: religatis **h**²**β** || 108 C. **O**: C̄. **HPL**: coñs **G**: consul C. *Dederich collato Val. Maximo* | fugitiuus **oLς** | cinctu **Tς**: cincto **ω** || 109 praesciso **P** | cotidiae **H**^ac2^**G** || 110 conuiuiis **h**²**β**: conuiis **H**^ac^**G**: conuiuiisque *uulgo*: '*an* et conuiuiis*?* (*Gundermann*)

27 Sulla cohortem et centuriones, quorum stationem hostis perruperat, galeatos et discinctos perstare in principiis iussit.

28 Domitius Corbulo in Armenia Aemilio Rufo praefecto equitum, quia hostibus cesserat et parum instructam armis alam habebat, uestimenta per lictorem scidit eidemque ut erat foedato habitu perstare in principiis, donec mitterentur, imperauit. 115

29 Atilius Regulus, cum ex Samnio in Luceriam transgrederetur, exercitusque eius obuiis hostibus auersus esset, opposita cohorte iussit fugientes pro desertoribus caedi.

30 Cotta consul in Sicilia in Valerium, nobilem tribunum militum ex gente Valeria, uirgis animaduertit. 120

31 Idem P. Aurelium sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Lipararum, ipse ad auspicia repetenda Messanam transiturus, praefecerat, cum agger incensus et capta castra essent, uirgis caesum in numerum gregalium peditum referri et muneribus fungi iussit. 125

32 Fuluius Flaccus censor Fuluium fratrem suum, quia legionem in qua tribunus militum erat iniussu consulis dimiserat, senatu mouit.

33 M. Cato ab hostili litore, in quo per aliquot dies manserat, cum ter dato profectionis signo classem soluisset et relictus e militibus quidam a terra uoce et gestu expostularet uti tolleretur, circumacta ad litus uniuersa classe, conprehensum supplicio adfici iussit, et quem occisuri per ignominiam hostes fuerant, exemplo potius inpendit. 130

34 Appius Claudius ex his qui loco cesserant decimum quemque militem sorte ductum fusti percussit.

35 Fabius Rullus consul ex duabus legionibus quae loco cesserant sorte ductos in conspectu militum securi percussit. 135

§28 a. 58/9 pC || §29 cf. 2.8.11. a. 294 aC: Liu. 10.35.1, 36.5–9 || §30 a. 252 aC || §31 a. 252 aC: Val. Max. 2.7.4; Zonar. 8.14 || §32 a. 174 aC: Val. Max. 2.7.5; Liu. 40.41, 41.27; Vell. 1.10.6 || §33 a. incert. aC || §34 a. 471 aC: Liu. 2.59; Dionys. 9.50; Zonar. 7.17 || §35 a. 322 uel 310 uel 297 uel 295 aC

111 Sulla[m] **H** – **h**[2] | stationes **δ** (*corr.* **T**) | galeatos] exgaleatos *ten Nuyl*: discalceatos *Stewech*: gladio stricto *Oudendorp ex Liuii 27.13* || 113 quia **α**: qui ab **β** (*corr.* **T**: ab *del.* **o**, *om.* **ζ**) || 115 eidemque **β**: idemque **α** || 117 *sqq. exemplum 29 omisso commate* ex Samnio ... transgrederetur *descripsit* **C**: *exempla 29–39 omisit* **K** || 118 auersus **oLTς**: aduersus **αγO**[ac]**ς** || 122 *sq.* ipse ... repetenda *om.* **H**, *suppl.* **h**[2] || 123 messanam **β**: messenam **H**: messam **G** || 126 Fuluius] Euluius **G** | censor] consul **γ** | legione **G** | in qua **GOς**: in quam **HγLς** || 127 iniussu **β**: iniussum **α** || 128 ter dato **ς**: tardato **ω** || 131 ignominia[m] **H** – **h**[2] || 135 *sqq. exempla 35, 36 descripsit* **C** || 135 Rullus] rutilius **oT** | uicenos *ante* sorte *suppl. Oudendorp, periculosius collato Iohannis Sarisber. policrat. 6.12*

Aquilius ternos ex centuriis quarum statio ab hoste perrupta erat securi percussit. 36

M. Antonius, cum agger ab hostibus incensus esset, ex his qui in opere 37
140 fuerant duarum cohortium militem decimauit et in singulos ex his centuriones animaduertit, legatum cum ignominia dimisit, reliquis ex legione hordeum dari iussit.

In legionem quae Regium oppidum iniussu ducis dir⟨ip⟩uerat animaduer- 38 sum est ita, ut quattuor milia tradita custodiae necarentur. praeterea senatus
145 consulto cautum est ne quem ex eis sepelire uel lugere fas esset.

L. Papirius Cursor dictator Fabium Rullum magistrum equitum, quod 39 aduersum edictum eius quamuis prospere pugnauerat, ⟨ad⟩ uirgas poposcit, caesum securi percussurus: nec contentioni aut precibus militum concessit animaduersionem, eumque profugientem Romam persecutus est, ne ibi qui-
150 dem remisso prius supplicii metu quam ad genua eius et Fabius cum patre prouolueretur et pariter senatus ac populus rogarent.

Manlius, cui Imperioso postea cognomen fuit, filium, quod is contra edic- 40 tum patris cum hoste pugnauerat, quamuis uictorem in conspectu exercitus uirgis caesum securi percussit.

155 Manlius filius, exercitu pro se aduersus patrem seditionem parante, nega- 41 uit tanti esse quemquam ut propter illum disciplina corrumperetur; et obtinuit ut ipsum puniri paterentur.

Q. Fabius Maximus transfugarum dextras praecidit. 42

§37 a. 36 aC: Plut. Ant. 39 || §38 a. 279 uel 271 aC: Val. Max. 2.7.15; Liu. 28.28, perioch. 12,15; Oros. 4.3.3–5; Polyb. 1.7.6–13; Dionys. 20.4–5; Appian. Samn. 9; Dio frg. 40.7–11; Zonar. 8.6 || §39 a. 325 aC: Val. Max. 2.7.8, 3.2.9; Liu. 8.29 sq.; Eutrop. 2.8; Oros. 3.15; auctor de uir. ill. 31,32; Dio frg. 36.6–7; Zonar. 7.26 || §40 a. 340 aC: Val. Max. 2.7.6, 9.3.4; Liu. 8.7; Flor. 1.14; Oros. 3.9; Cic. de off. 3.112, de fin. 1.23; Sall. Cat. 52; Gell. 9.13; auctor de uir. ill. 28; Dionys. 8.79; Dio frg. 35.3; Zonar. 7.26, 9.5 || §41 ut supra ad 40 || §42 a. 142–140 aC: Val. Max. 2.7.11; Oros. 5.4.12

137 Aquilius **HC**: Aquilegius **G**: Aquirius **β** | quarum *editores*: quorum *codd.* || 139 *sq. cf.* M. Antonius (quattuor milia) ob rem male ab eis gestam necari iussit **C** || 143 iniussu **h**[2]**G**: iniussit **H**[ac]: iussu **β** | diripuerat *Casaubon*: diruerat **ω** || 145 sepelire **α**: sepeliri **β** || 146 Rullum *Oudendorp*: rutilium *codd.* (rutilum **P**). ruti(-u-)l(i)anus *Liui et Val. Maximi codd. h. l.*, Rullus *alibi Liuius*; Rullianus *fast. Cap.*, *Plin. n. h. 7.133* || 147 edictum **G**: dictum **Hβ** (*corr.* **Tς**) | ad uirgas *Gundermann*: uirgas **α**: uirgis **β** (uirgis cecidit **T**) || 148 *sq.* (ad uirgas) poposcit, caesum *interpunxit Gundermann*: (uirgis) poposcit caesum, securi **ζ**, *uulgo* || 148 saecuri **H** | pr[a]ecibus **H**–**h**[2] || 149 ibi] sibi **G** || 150 remisso **G**: remissio **Hβ** (*corr.* **oTς**) | nec ibi quidem remissionem supplicii prius meruit quam **ς** || 155 sedicione **G** || 158 *sqq. exemplum 42 descripsit* **C**: *exempla 42–46 omisit* **K** || 158 maxumus **H**[ac2]

43 C. Curio consul bello Dardanico circa Dyrrachium, cum ex quinque legionibus una seditione facta militiam detractasset secuturamque se temeritatem (160) ducis in expeditionem asperam et insidiosam negasset, quattuor legiones eduxit armatas et consistere ordinibus, detectis armis uelut in acie, iussit. post hoc seditiosam legionem inermem procedere, discinctamque in conspectu armati exercitus stramenta coegit secare, postero autem die similiter fossam discinctos milites facere; nullisque precibus legionis impetrari ab eo (165) potuit ne signa eius summitteret nomenque aboleret, milites autem in supplementum ceterarum legionum distribueret.

44 Q. Fuluio Appio Claudio consulibus milites ex pugna Cannensi in Siciliam a senatu relegati postulauerunt a consule M. Marcello ut in proelium ducerentur. ille senatum consuluit: senatus negauit sibi placere committi his (170) rem publicam qui eam deseruissent; Marcello tamen permisit facere quod uideretur, dum ne quis eorum munere uacaret neue donaretur neue quod praemium ferret aut in Italiam reportaretur, dum Poeni in ea fuissent.

45 M. Salinator consularis damnatus est a populo quod praedam non aequaliter diuiserat militibus. (175)

46 Cum ab Liguribus in proelio Q. Petilius consul interfectus esset, decreuit senatus uti ea legio, in cuius acie consul erat occisus, tota infrequens referretur, stipendium ei annuum non daretur, aera reciderentur.

II De effectu disciplinae

1 Bruti et Cassi exercitus, memoriae proditum est, bello ciuili cum una per (180) Macedoniam iter facerent priorque Brutus ad fluuium in quo pontem iungi oportebat peruenisset, Cassi tamen exercitum et in efficiendo ponte et in maturando transitu praecessisse: qui uigor disciplinae effecit ne solum in operibus, uerum et in summa belli praestarent Cassiani Brutianos.

2 C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus, qui sub (185) Rutilio et qui sub Metello ac postea sub se ipso meruerant, Rutilianum,

§43 a. 75 aC: Liu. perioch. 92, 95; Eutrop. 6.2; Fest. breu. 7 || §44 a. 212 aC: Liu. 25.3,5,6,7, 26.1; Val. Max. 2.7.15; Plut. Marc. 13 || §45 a. 218 aC: Liu. 27.34, 29.37; auctor de uir. ill. 50 || §46 a. 176 aC: Val. Max. 2.7.15; Liu. 41.18 || §1 a. 42 aC || §2 a. 104 aC

159 consul] *ut* proconsulem *laudant Liuius et Eutropius* || 160 detractasset **H**^{ac}**β**: detrectasset **h**^{2}**oTς**: detraectasset **G** | temeritate **G** || 162 aci[a]e **H – h**^{2} || 163 hoc] haec **ζ**, *uulgo* | seditionem legio[sa]m(*fuit* legionem) **H – h**^{2*} | inermen **G** || 164 postera **G** || 169 consule] *ut* proconsulem *laudat Liuius*: consulare *Perl* || 170 committi his **WLTς**: co⟨(m)⟩mitiis **H – h**^{2}: committi is **GP**, committi iis **Oς** || 171 qui eam **ς**: quam **ω** || 172 uacaret] uocaret **H** || 173 ea fuissent **β**: exfuissent **α**: ea essent *Dederich* | dum Poeni inde exissent *Hartel* || 174 *sq. exemplum 45 descripsit* **C** || 176 Q. *uulgo*: Quintus **ω** || 177 aci[a]e **H – h**^{2} || 185 *sqq. exempla 2–4 om.* **K** || 186 ipso meruerant] ipsum eruerant **γO**^{ac}

quamquam minorem, quia certioris disciplinae arbitrabatur, praeoptauit.

Domitius Corbulo duabus legionibus et paucissimis auxiliis disciplina correcta Parthos sustinuit. 3

190 Alexander Macedo xl milibus hominum iam inde a Philippo patre disciplinae adsuefactis orbem terrarum adgressus innumerabiles hostium copias uicit. 4

Cyrus bello aduersus Persas quattuordecim milibus armatorum inmensas difficultates superauit. 5

195 Epaminondas dux Thebanorum quattuor milibus hominum, ex quibus cccc tantum equites erant, Lacedaemoniorum exercitum uiginti quattuor milium peditum, equitum mille sescentorum uicit. 6

A quattuordecim milibus Graecorum, qui numerus in auxiliis Cyri aduersus Artaxerxen fuit, centum milia barbarorum proelio superata sunt, 7

200 Eadem Graecorum [proelio] quattuordecim milia, amissis ducibus, reditus sui cura uni ex corpore suo Xenophonti Atheniensi demandata, per iniqua et ignota loca incolumia reuersa sunt. 8

Xerxes a trecentis Lacedaemoniorum ad Thermopylas uexatus, cum uix eos confecisset, hoc se deceptum aiebat, quod multos quidem homines habe-
205 ret, uiros autem disciplinae tenaces nullos. 9

III De continentia

M. Catonem uino eodem quo remiges contentum fuisse traditur. 1

Fabricius, cum Cineas legatus Epirotarum grande pondus auri dono ei daret, non accepto eo dixit malle se habentibus id imperare quam habere. 2

§3 aa. 55–59 pC: Tac. ann. 13.8, 35; Dio 62.19 || §4 a. 334 aC: Liu. 35.14; Iustin. 11.6; Plut. Alex. 15; Diodor. 17.17 || §5 cf. 4.2.7. a. 401 aC: Xen. anab. 1.2.9, 1.4.3; Diodor. 14.19.6; Plut. Artax. 6; Iustin. 5.11.10–11 || §6 a. 371 aC; aliter Diodor. 15.52 sq.; Plut. Pelop. 20 || §7 cf. 2.3.6, 4.2.5. a. 401 aC || §8 a. 401 aC: Xen. anab. 3.1 sq. || §9 a. 480 aC: Herodot. 7.210; Sen. de ben. 6.31.8 || §1 a. 195 aC: Val. Max. 4.3.11; Plin. n. h. 14.91; Cato ap. Fest. p. 170.25 L. || §2 M'. Curio tribuunt Val. Max. 4.3.5; Cic. de sen. 55, parad. 6.48; Flor. 1.18.22; auctor de uir. ill. 33.7; Plut. apopth. M'. Curii 2: Fabricio Hyginus *de uita rebusque inlustrium uirorum* ap. Gell. 1.14

187 quamquam **o**^{ul} ς: quendam **h**^{2} **G** β: quaeḍam **H** | *pro* quendam minorem (δ) *scripsit* minorem quidem sed **T** || 188 paucis sumis (mis *ex* mus) **G** || 191 adsuaefactis **H**^{ac2} **G** | innumerabiles α: innumeras β (uniuersas **T**) || 196 tantum … Lacedaemoniorum *om.* **H**, *suppl.* **h**^{2} || 199 artarxerxen *uel* artarxersen *codd.*, *em. editores* || 200 *sqq. exempla 8, 9 om.* **K** || 200 eodem ς | proelio *om.* **T**, *del. Gundermann*: *olim ante* amissis *transponebatur* || 204 aiebat] agebat **G** || 205 tenacis **h**^{2} || 206 *sqq. totum capitulum cum titulo descripserunt exc. Par.: titulum et exempla 1, 2, 3 usque ad* 211 uilicum *excerpsit* **C**

3 Atilius Regulus, cum summis rebus praefuisset, adeo pauper fuit ut se coniugem liberosque †toleraret† agello qui colebatur per unum uilicum; cuius audita morte scripsit senatui de successore, destitutis rebus obitu serui necessariam esse praesentiam suam. 210

4 Cn. Scipio post res prospere in Hispania gestas in summa paupertate decessit, ne ea quidem relicta pecunia quae sufficeret in dotem filiarum: quas ob inopiam publice dotauit senatus. 215

5 Idem praestiterunt Athenienses filiis Aristidis post amplissimarum rerum administrationem in maxima paupertate defuncti.

6 Epaminondas dux Thebanorum tantae abstinentiae fuit ut in suppellectili eius praeter stoream et unicum ueru nihil inueniretur. 220

7 Hannibal surgere de nocte solitus ante noctem non requiescebat: crepusculo demum ad cenam uocabat, neque amplius quam duobus lectis discumbebatur apud eum.

8 Idem, cum sub Hasdrubale imperatore militaret, plerumque super nudam humum sagulo tectus somnos capiebat. 225

9 Aemilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantem accepto pane uesci solitum.

10 [Idem et de Alexandro Macedone dicitur.]

11 Masinissam, nonagensimum aetatis annum agentem, meridie ante tabernaculum stantem uel ambulantem capere solitum cibos legimus. 230

12 M'. Curius, cum uictis ab eo Sabinis ex senatus consulto ampliaretur ei

§3 a. 255 aC: Val. Max. 4.4.6; Liu. perioch. 18; Sen. ad Heluiam de cons. 12; Apul. apol. 18; auctor de uir. ill. 40; Dio frg. 43.20 || **§4** a. incert. aC: Sen. n. q. 1.17.9; aliter Val. Max. 4.4.10; Apul. apol. 18; Amm. Marc. 14.6.11; Zonar. 9.3 || **§5** a. 468 aC: Nep. Aristid. 3 || **§6** a. 362 aC: Nep. Epamin. 3; Plut. Pelop. 3, Lyc. 13, Fab. Max. 27; Aelian. u. h. 2.43, 5.5, 11.9; Athen. 10.419a || **§7** a. incert. aC: Liu. 21.4; Dio frg. 54.4; Sil. Ital. 12.559sq. || **§8** a. incert. aC: Liu. 21.4,7 || **§11** a. 148 aC: Polyb. 36.16.11–12; Plut. an seni res p. gerenda sit 15; Cic. de sen. 34 || **§12** post a. 290 aC: Val. Max. 4.3.5; Colum. 1 pr. 14, 1.3.10; Plin. n. h. 18.4, 16.38; auctor de uir. ill. 33.6; Plut. apopth. M'. Curii 1

211 toleraret *anne latine?* || **214** *sqq. exempla 4–11 om.* **K** || **216** puplice **G**^{ac1} || **220** praeter stoream *Graeve*: praeterior eam **α** (t *inter* i *et* o **h**^{2sl}): praeterito rea **β**: praeter aereum *Oudendorp*: praeter ahenum *Schrijver* | unicum] minutum *Oudendorp*: aeneum *Dederich collato Plutarcho* | ueru *Oudendorp*: uero **ω** | *pro* praeterito rea et unicum uero (**β**) *scripsit* praeter unicum toreuma **T** || **221** surgere de] surgeret **G** || **222** caenam **H** | uocabat **αγO**^{ac}, *exc. Par.*: uacabat **oLTς** || **226** *sqq. exempla 9, 10 descripsit* **C** || **228** idem … dicitur *del. Gundermann* || **229** meridi[[a]]e **H**–**h**^{2} || **231** *sqq. exemplum 12 omisso commate* quem … contentus fuit *descripsit* **C** || **231** M'. *Schrijver,* M. **K**: C. *uel* G *cett.*

modus agri quem consummati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit, malum ciuem dicens cui non esset idem quod ceteris satis.

Vniuersi quoque exercitus notabilis saepe fuit continentia, sicut eius qui 13
235 sub M. Scauro meruit. namque memoriae tradidit Scaurus pomiferam arborem, quam in pede castrorum fuerat conplexa metatio, postero die abeunte exerçitu intactis fructibus relictam.

Auspiciis Imperatoris Caesaris Domitiani Augusti Germanici, eo bello 14 quod Iulius Ciuilis in Gallia mouerat, Lingonum opulentissima ciuitas, quae
240 ad Ciuilem desciuerat, cum adueniente exercitu Caesaris populationem timeret, quod contra exspectationem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit mihi.

L. Mummius, qui Corintho capta non Italiam solum sed etiam prouincias 15 tabulis statuisque exornauit, adeo nihil ex tantis manubiis in suum conuertit
245 ut filiam eius inopem senatus ex publico dotauerit.

IV De iustitia

Camillo Faliscos obsidenti ludi magister liberos Faliscorum tamquam am- 1 bulandi causa extra murum eductos tradidit, dicens retentis eis obsidibus necessario ciuitatem imperata facturam. Camillus non solum spreuit perfidiam
250 sed et restrictis post terga manibus magistrum uirgis agendum ad parentes tradidit pueris, adeptus beneficio uictoriam quam fraude non concupierat: nam Falisci ob hanc iustitiam sponte ei se dediderunt.

Ad Fabricium ducem Romanorum medicus Pyrrhi Epirotarum regis per- 2

§ 13 c. a. 115 aC: Val. Max. 4.4.11; Tac. Agric. 1 || § 14 a. 70 pC || § 15 a. 146 aC: Liu. perioch. 52; Flor. 2.16.6–7; Oros. 5.3.5–7; Plin. n. h. 34.12; auctor de uir. ill. 60; Cic. de off. 2.76; in Verr. I 55; pro Corn. II frg. 8 || § 1 a. 394 aC: Val. Max. 6.5.1; Liu. 5.27; auctor de uir. ill. 23; Dionys. 13.1; Plut. Cam. 10; Polyaen. 8.7; Dio frg. 24.2; Zonar. 7.22 || § 2 a. 279 aC: Val. Max. 6.5.1; Liu. perioch. 13; Flor. 1.18.21; Eutrop. 2.14; Tac. ann. 2.88; Gell. 3.8; Amm. Marc. 30.1.22; Plut. Pyrrh. 21; Zonar. 8.5 (Dio frg. 40.44 ut Planudeum eicit Boissevain); Cic. de off. 3.86; Sen. ad Lucil. 120; Aelian. u. h. 12.33

232 modus α: motus β (*corr.* **Tç**) || 235 scaurus **GWç**, scauros **H**, [*l*]scaurus **O**, escaurus **PLK**, *exc. Par.* || 238 *sqq. exempla 14, 15 om.* **K** || 238 Germanici eo ç: germanico ω || 240 adueniente **GoLTç**, *exc. Par.*: aduenientem **HγO**^{ac} || 242 mihi ω, *del.* **o**, *om.* **Tç**: ei *uulgo* || 243 captam **G** || 244 statuis qu[a]e **H**–**h**^{2} || 245 ut filiam] infiam **G** || 246 *sqq. capitulum cum titulo integrum exscripsit* **C**, *exemplum 2 tantum exc. Par.* || 248 retentis *Ioh. Sarisberiensis, policr. 5.7*: repetentis α: repetendis β || 249 imperata(m) **h**^{2} || 253 ducem] autem ducem **G**

uenit pollicitusque est daturum se Pyrrho uenenum, si merces sibi in qua operae pretium foret constitueretur. quo facinore Fabricius egere uictoriam 255 suam non arbitratus regi medicum detexit, atque ea fide meruit ut ad petendam amicitiam Romanorum conpelleret Pyrrhum.

V De constantia

1 Cn. Pompeius, minantibus direpturos pecuniam militibus quae in triumpho ferretur, Seruilio et Glaucia cohortantibus ut diuideret eam ne seditio 260 fieret, adfirmauit non triumphaturum se, sed potius moriturum quam licentiae militum succumberet, castigatisque oratione graui laureatos fasces obiecit, ut ab illorum inciperent direptione; eaque inuidia redegit eos ad modestiam.

2 C. Caesar, seditione in tumultu ciuilium armorum facta, maxime animis 265 tumentibus, legionem totam exauctorauit, ducibus seditionis securi percussis. mox eosdem quos exauctorauerat ignominiam deprecantis restituit et optimos milites habuit.

3 Postumius consularis cohortatus suos, cum interrogatus esset a militibus quid imperaret, dixit ut se imitarentur, et arrepto signo hostis primus inuasit; 270 quem secuti uictoriam adepti sunt.

4 Claudius Marcellus, cum in manus Gallorum inprudens incidisset, circumspiciendae regionis qua euaderet causa equum in orbem flexit, deinde, cum omnia esse infesta uidisset, precatus deos in medios hostis inrupit: quibus inopinata audacia perculsis ducem quoque eorum trucidauit atque, ubi 275 spes salutis uix superfuerat, inde opima rettulit spolia.

§1 a. 79 aC: Plut. Pomp. 14; Zonar. 10.2; Plut. apopth. Pompei 6 || §2 a. 49 aC: Suet. diu. Iul. 69; Appian. b. c. 2.47; Dio 41.26sq. || §4 a. 222 aC: Val. Max. 3.2.5; Liu. perioch. 20; Flor. 2.4; Eutrop. 3.6; Ampel. 21; auctor de uir. ill. 45; Festus 189.3; Polyb. 2.34; Plut. Marc. 7; Zonar. 8.20

256 ad petendam α: appetendam **h**^{2}**O**^{ac}: ad appetendam β (*corr.* **oKTς**) || 257 *post* Pyrrhum *desinit* **K**, *dimidia pagina uacua relicta* || 259 se direpturos ς || 260 Glaucia] [con]-claucia **H**–**h**^{2}: Claudio *coni. Gundermann* || 261 sed potius **oLT**: potius sed αγ **O**^{ac}ς: potius et *Gundermann in textu,* et potius *idem in apparatu* | quam licentiae] qualicentia **H** || 262 laureatas **h**^{2} | fasces] falces **Hς** || 265 armorum β (arm[ar]orum **O**): armarum α: armatorum **h**^{2} | facta ς: actum α: actam β: acta **Tς**, *uulgo*: facta, cum *Oudendorp* || 272 Claudius **P**, Cl. **WL**: C̄l̄ **G**: C̄. L. **HO** | circum speciendae **H** || 273 causa equum] causaecum **H**: causae [cir]cum **G**–**g**^{1}

L. Paulus, amisso ad Cannas exercitu, offerente equum Lentulo quo fugeret, superesse cladi quamquam non per se ipsum contractae noluit, sed in eo saxo, cui se uulneratus adclinauerat, persedit, donec ab hostibus oppressus confoderetur. 5

Varro collega eius uel maiore constantia post eandem cladem uixit, gratiaeque ei a senatu et populo actae sunt, quod non desperasset rem publicam. non autem uitae cupiditate sed rei publicae amore se superfuisse reliquo aetatis suae tempore adprobauit; et barbam capillumque summisit, et postea numquam recubans cibum cepit; honoribus quoque, cum ei deferrentur a populo, renuntiauit, dicens felicioribus magistratibus rei publicae opus esse. 6

Sempronius Tuditanus et Cn. Octauius tribuni militum, omnibus fusis ad Cannas, cum in minoribus castris circumsederentur, suaserunt commilitonibus stringerent gladios et per hostium praesidia erumperent secum, id sibi animi esse, etiam si nemini ad erumpendum audacia fuisset, adfirmantes. de cunctantibus xii omnino equitibus, l peditibus qui comitari sustinerent repertis, incolumes Canusium peruenerunt. 7

C. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum praedatum profectus locoque iniquo circumuentus ab Hasdrubale, ad primos tantum ordines relato consilio, incipiente nocte, quo tempore minime exspectabatur, per stationes hostium erupit. 8

P. Decius tribunus militum bello Samnitico Cornelio consuli iniquis locis deprehenso ab hostibus suasit ut ad occupandum collem qui in propinquo erat modicam manum mitteret, seque ducem his qui mittebantur obtulit. auocatus in diuersum hostis emisit consulem, Decium autem cinxit obseditque. illas quoque angustias nocte eruptione facta cum eluctatus esset Decius, incolumis cum militibus consuli accessit. 9

§5 a. 216 aC: Liu. 22.49 || §6 a. 216 aC: Liu. 22.61.14–15, 25.6.7; Val. Max. 3.4.4, 4.5.2; Polyb. 3.116sq. || §7 a. 216 aC; aliter Liu. 22.50, Appian. Hann. 26 || §8 cf. 1.5.12 || §9 = 1.5.14

277 *sqq. exempla 5, 6, 12, 13 cum titulo capituli descripserunt exc. Par.* || 277 equum **β**: equom **α** (equo in **h**²) | Lentulo **αγ**, *exc. Par.*: lectulo **δ** (*corr.* **Tς**) || 278 se *om.* **β** || 279 obpressus **G** || 282 ei a] ea **H** || 284 et¹] nam et **ς**: dum et **T** | capillumqu[a]e **H**–**h**² || 289 *in ordinis* **β** *classe* **δ** *interim deficit* **O** *post* minoribus, *uno folio interuulso* | circumsederentur **ας**: circumsiderentur **h**²**PLς**: circumciderentur **WT** || 291 *sq.* de cunctantibus **γLς**: decunctantem **α**: de cunctis autem *Zechmeister* || 292 xii] DC *Rubens collato Liuio* | .L. **Hγ** (*cum* peditibus *om.* **G**): (ue)l **LTς** | sustinuerant **Lς** || 294 *sqq. primis exemplorum 8–11 uerbis exscriptis lectorem relegat* **T** *ad locos parallelos lib. I cc. v et ix* (*sic, pro xi*) || 294 crassus **β**: grassus **α** | T. Fonteius legatus in *Oudendorp* || 298 Cornelio Cosso consuli *locus parallelus* | consuli **α**: consule **γL** || 300 duce **H** | optulit **HG** || 302 eluctatus] frustratus *locus parallelus*

10 Idem fecit sub Atilio Calatino consule cuius uarie traduntur nomina: alii Laberium, nonnulli Q. Caedicium, plurimi Calpurnium Flammam uocita- 305 tum scripserunt. hic cum demissum in eam uallem uideret exercitum, cuius latera omniaque superiora hostis insederat, depoposcit et accepit a consule trecentos milites; quos hortatus ut uirtute sua exercitum seruarent, in mediam uallem decucurrit. ad opprimendos eos undique descendit hostis, longoque et aspero proelio retentus occasionem consuli ad extrahendum exerci- 310 tum dedit.

11 C. Caesar aduersus Germanos et regem Ariouistum pugnaturus, confusis suorum animis, pro contione dixit nullius se eo die opera nisi decimae legionis usurum. quo adsecutus est ut et decimani tamquam praecipuae fortitudinis testimonio concitarentur et ceteri pudore, ne penes alios gloria uirtutis 315 esset.

12 Lacedaemonius quidam nobilis, Philippo denuntiante multa se prohibiturum nisi ciuitas sibi traderetur, 'num' inquit 'et pro patria mori nos prohibebit?'

13 Leonidas Lacedaemonius, cum dicerentur Persae sagittarum multitudine nubes esse facturi, fertur dixisse 'melius in umbra pugnabimus'. 320

14 C. Aelius praetor urbanus, cum ei ius dicenti picus in capite insedisset et haruspices respondissent dimissa aue hostium uictoriam fore, necata populum Romanum superiorem, at C. Aelium cum familia periturum, non dubitauit dare picum neci. itaque nostro exercitu uincente ipse cum quattuorde-

§ 10 = 1.5.15 || **§ 11** = 1.11.3 || **§ 12** a. incert. aC: Val. Max. 6.4 ext. 4; Cic. Tusc. 5.42; Plut. apopth. Lacon. ignot. 50, cf. ibid. Damindae et Astycratidae || **§ 13** a. incert. aC: Val. Max. 3.7 ext. 8; Cic. Tusc. 1.101; Sen. ben. 6.31; Plut. apopth. Lacon. Leonidae 6; Suidas s. u. *Λεωνίδης* (*Λ* 272 A.) || **§ 14** a. incert. aC: Varro de uita p. R. 3 ap. Non. s. u. *picumnus* (p. 834.30 L.); Plin. n. h. 10.40; aliter Val. Max. 5.6.4

304 cuius] is cuius *locus parallelus* | uariae **H**^{ac2} **G** || **304** *sq.* traduntur nomina alii laberium nonnulli quintum cedicium **Lς**, *locus parallelus*: traduntur nomina alii berarum nonnullique caedicum (cedi cum γ) **h**^{2}**Gγ**: traduntur. alii mina⟦*1*⟧ caedicum **H**^{ac} || **307** omniaqu⟦a⟧e **H** | omnia quae superiora erant hostis **ς** || **309** decurrit **h**^{2}**ς** | et ad *locus parallelus* || **312** *sq.* confusis suorum **ς**, *locus parallelus*: confusior **αγLς** || **313** animi **G** || **317** *sqq. exempla 12, 13 omisso titulo exscripsit* **C** || **317** multa **ς**: multis **αγLς**, *exc. Par.*: multas **T**: cuncta *Wachsmuth*: '*an* rebus eos *exciderunt?*' (*Gundermann*). se omnia ... prohibiturum *Cicero in Tusculanis* || **318** num inquit] numquid **G** || **321** C. Aelius *Gundermann*: Caelius *codd.*: L. Aelius *Pighi* | ei ius **h**^{2}**Tς**: eius **αPLς**: ei **Wς** || **322** necata] nac⟦a⟧tum **H** – **h**^{2} || **323** at C. Aelium *Gundermann*: adcaelium **α**: at celium **γL**: ac cellium **T**: ac Caelium **ς**: at L. Aelium *Pighi* | cum familia] familium **H**^{ac2} || **324** dare picum neci. itaque *scripsi, partim Scriuerium* (dare picum neci), *partim Zechmeisterum* (necare picum. itaque) *secutus*: de ea re pecunia quae **α**: dare pecuniam. qua *fere* **γL**: aciem (*pro* auem?) necare **T**: necare picum. atque *Gundermann*: periturum. auem occidit nec dare poenam dubitauit. qua occisa nostro **ς**

325 cim Aeliis ex eadem familia in proelio est occisus. [hunc quidam non C. Caelium sed Laelium fuisse, et Laelios, non Caelios perisse credunt.]

P. Decius, primo pater, postea filius, in magistratu se pro re publica deuouerunt, admissisque in hostem equis adepti uictoriam patriae contulerunt. 15

P. Crassus, cum bellum aduersus Aristonicum in Asia gerens inter Elaeam 16
330 et Myrinam in hostium copias incidisset uiuusque abduceretur, execratus in consule Romano captiuitatem, uirga, qua ad equum erat usus, oculum Thracis a quo tenebatur eruit, atque ab eo per dolorem concitato transuerberatus dedecus seruitutis, ut uoluerat, effugit.

M. Cato Censorii filius, in acie decidente equo prolapsus, cum se recolle- 17
335 gisset animaduertissetque gladium excidisse uaginae, ueritus ignominiam rediit in hostem, exceptisque aliquot uulneribus, reciperato demum gladio, reuersus est ad suos.

Petilini a Poenis obsessi parentes et liberos propter inopiam eiecerunt, ipsi 18 coriis madefactis et igne siccatis foliisque arborum et omni genere anima-
340 lium uitam trahentes undecim menses obsidionem tolerauerunt.

Hispani Consabrae obsessi eadem omnia passi sunt, nec oppidum Hirtu- 19 leio tradiderunt.

Casilini obsidente Hannibale tantam inopiam perpessi sunt ut cc denariis 20

§ 15 aa. 340, 295 aC: Val. Max. 5.6.5–6; Cic. de diu. 1.51, de fin. 2.61, de sen. 43, pro Sestio 48; Liu. 8.9, 10.28; auctor de uir. ill. 26, 27 || **§ 16** a. 130 aC: Val. Max. 3.2.12; Liu. perioch. 59; Flor. 2.20.4–5; Eutrop. 4.20; Oros. 5.10.1–4; Vell. 2.4.1; Iustin. 36.4.7–8; Strab. 14.1.38 || **§ 17** a. 168 aC: Val. Max. 3.2.16; Iustin. 33.2; Plut. Aem. 21 || **§ 18** a. 216 aC: Val. Max. 6.6 ext. 2; Liu. 23.20, 30; Sil. Ital. 12.431; Polyb. 7.1; Athen. 12.36; Appian. Hann. 29 || **§ 19** aa. 79–75 aC || **§ 20** a. 216 aC: Val. Max. 7.6.2, 3; Liu. 23.19; Cic. de inu. 2.171; Plin. n. h. 8.222; Strab. 5.4.10; auctor ad Herenn. 3.5.8

325 aeliis **H**[ac]: caeliis **GγLς**: celiis **h**[2]***T** || **325** hunc – **326** credunt *del. Gundermann* || **325** *sq.* c. caelium **H**: claudium caelium **G**: concelium **γ** (*nempe ex* c̄. c(a)elium *oriundum*): c(a)elium **LTς**: Aelium *Oudendorp* || **326** l(a)elium **GLTς**: ladium **Hγς** | Caelios] Aelios *Oudendorp* || **329** Elaeam *Gronow*: (a)eliam **αγLς**: (h)elyam **Tς** || **330** Myrinam] Zmyrnam *indicat Val. Maximus* | uiuusque **γLT**: uiuosque **Gh**[2] (uiuos **H**[ac]) | abduceretur **γLTς**: adduceretur **α** || **331** consule] *ut* proconsul *laudatur a Velleio, ut* praetor *a Floro* | tracis **T**, Thracis **ς**: thragis **H**[ac](-[s] **h**[2])**β**: Thraci *uulgo* || **332** per] opere **G** || **335** uagina **Tς** || **336** rediit **ς**: redit **ω** | exceptisque **ς**, *cf. Iustinum*: ex eoqu(a)e **ω** | aliquot **HLTς**: aliquod **Gγς** | reciperato **α**: recuperato **β** || **338** egecerunt **G** || **339** igne] in igne **G** || **341** Hispani Consabrae obsessi *Gundermann*: Hispanicum fabrem sesse se (fabrenses se se **h**[2]) **α**: Hispani cum fabre sense *fere* **β**: Hispani segrobigenses (*sic*) **T**: Hispani Consaburenses *Schrijver*: Hispani Consabrenses fere *Zechmeister* || **343** Casilinates *Dederich*: Casilinum *Oudendorp* | cc] centum **PLTς** | denariis **β**, *non habet* **α**

murem uenisse proditum memoriae sit, eiusque uenditorem fame perisse, emptorem autem uixisse: fidem tamen seruare Romanis perseuerauerunt. 345

21 Cyzicum cum oppugnaret Mithridates, captiuos eius urbis produxit ostenditque obsessis, arbitratus futurum ut miseratione suorum conpelleret ad deditionem oppidanos: at illi, cohortati ad patiendam fortiter mortem captiuos, seruare Romanis fidem perseuerauerunt.

22 Segouienses, cum a Viriatho his liberi et coniuges redderentur, praeopta- 350 uerunt spectare supplicia pignorum suorum quam a Romanis deficere.

23 Numantini, ne se dederent, fame mori, praefixis foribus domuum suarum, maluerunt.

VI De affectu et moderatione

1 Q. Fabius, hortante filio ut locum idoneum paucorum iactura caperet, 355 'uisne' inquit 'tu ex illis paucis esse?'.

2 Xenophon, cum equo ueheretur et pedites iugum quoddam occupare iussisset ⟨audissetque⟩ unum ex eis obmurmurantem [quod diceret] facile tam laboriosa sedentem imperare, desiluit et gregalem equo imposuit, cursu ipse ad destinatum iugum contendens. cuius facti ruborem cum perpeti miles 360 non posset, inridentibus commilitonibus sponte descendit: Xenophontem uix uniuersi perpulerunt ut conscenderet equum et laborem suum in necessaria duci munera reseruaret.

3 Alexander, cum hieme duceret exercitum, residens ad ignem recognoscere

§21 a. 74 aC: Appian. Mithr. 73 || §22 aa. 147–139 aC || §23 a. 133 aC: Val. Max. 3.2 ext. 7; Liu. perioch. 59; Flor. 2.18.15; Sen. de ira 1.11; Appian. Hisp. 96–97 || §1 a. incert. aC: Dio frg. 57.9–10; Sil. Ital. 7.539 sq., 713 sq. de Caecilio Metello haec Plutarchus, apopth. Caec. Metelli 1 || §2 a. 401 aC: Xen. anab. 3.4.44–49 || §3 a. incert. aC: Val. Max. 5.1 ext. 1; Q. Curt. 8.4.15–17

344 uenisse **HWLε**: ueniisse **GP** || 346 Cyzicum cum] Cyzicum **P**, Cyri cum **W**, Cizi cum **L**, Cracum cum **Tς** | urbis – 349 perseuerauerunt (*182 litt.*) *om.* **H**, *suppl.* **h²** || 347 suorum] sociorum ς: *om.* **T** || 350 Segouienses *Gundermann*: Ego uiuenses **αγ**: ergo uiuenses **L**: Gergonienses **T**: *nefanda somniant* ς: Segobrigenses *Schrijver* | his **β**: is **α** || 352 domuum **h²*β**: domum **G**: dominum **H**^{ac} || 354 affectu ς: effectu ω || 355 idoneorum **G** || 356 inquid **G** *constanter: infra non notabitur* || 358 audissetque *suppleui*: audiens *post* obmurmurantem *Gundermann* | quod diceret (quod dixerat **T**) *codd.*, *del. Oudendorp* | uno ex eis obmurmurante ac dicente *Schrijver*: unusque ex eis obmurmurando diceret *Oudendorp* || 359 imperare *om.* γ: sperare **T** | graegalem **G** || 360 ad] pedestri ad ς | ruborem] rumorem **G** || 362 perpulerunt] pepulerunt **h²ς** | equom **G** || 363 munera reseruaret] munerare uellet **Lς**: munera conferret **T**

365 praetereuntis copias coepit; cumque conspexisset quendam prope exanimatum frigore, considere loco suo iussit, dixitque ei: 'si in Persis natus esses, in regia sella resedisse tibi capital foret: in Macedonia nato conceditur'.

Diuus Augustus Vespasianus, cum quendam adulescentem honeste natum, militiae inhabilem, angustiarum rei familiaris causa deductum ad lon-370 giorem ordinem rescisset, censu constituto honesta missione exauctorauit. 4

VII De uariis consiliis

C. Caesar dicebat idem sibi esse consilium aduersus hostem quod plerisque medicis contra uitia corporum, fame potius quam ferro superandi. 1

Domitius Corbulo dolabra [id est operibus] hostem uincendum esse dice-375 bat. 2

L. Paulus imperatorem senem moribus dicebat esse oportere, significans moderatiora sequenda consilia. 3

Scipio Africanus fertur dixisse, cum eum parum quidam pugnacem dicerent, 'imperatorem me mater, non bellatorem peperit'. 4

380 C. Marius Teutono prouocanti eum et postulanti ut prodiret respondit, si cupidus mortis esset, laqueo posse eum uitam finire: cum deinde instaret, gladiatorem contemptae staturae et prope exactae aetatis obiecit ei dixitque, si eum superasset, cum uictore congressurum. 5

Q. Sertorius, quod experimento didicerat inparem se uniuerso Romano-385 rum exercitui, ut barbaros quoque inconsulte pugnam deposcentis doceret, adductis in conspectum duobus equis, eorum praeualido alteri, alteri admodum exili duos admouit iuuenes similiter electos, robustum et gracilem, ac 6

§4 a. incert. pC || §1 Caes. b. c. 1.72.2; Appian. Hisp. 87; Veget. 3.26 || §3 Liu. 44.36; Val. Max. 7.2.2; Plut. apopth. Aem. Pauli 5; Appian. Hisp. 87; Gell. 13.3.6 || §6 cf. 1.10.1

366 si] *redit* **O** || 367 resedisse α: redisse γς: sedisse δς: sedere **T** | capitale ζ | conceditur **h**²β: concenditur **H**ᵃᶜ**g**¹: contenditur **G**ᵃᶜ || 369 causa β: causae **h**²**G**, cause **H**ᵃᶜ | deductum α: eductum β || 370 rescisset] recessisset **T**: reiecisset ς || 371 *sqq. exempla 1,4 titulo capituli praefixo descripsit* **C** || 372 C. *editores,* G. **O**: T. **HC**γ**LT**, Titus **G** || 373 superandi δ: sperandi αγς || 374 id est (αδ: idem **h**²γ) operibus *eiecit Oudendorp*: operibus *iam omiserat* δ, id est *del.* **o**, *om.* **T**ς || 376 senem *om.* **G** || 380 Marius Teutono] Mariuste utnon **H** || 381 instaret ς: staret ω | deinde instaret] demonstraret ζ || 382 gradiatorem contempta **G** || 383 *sq.* congressurum. Q. Sertorius β: congressurumquae sertorius α || 384–393 *ad lib. 1 c. x lectorem relegat* **T** || 384 quod *om.* β || 385 pugnam deposcentis (-es **W**) α**W**: pugnand(a)e poscentis **PO**: pugnam exposcentis (-es **L**) **oL** || 386 conspectu **H** || 387 admouit] admocit **H**ᵃᶜ² | electos] adfectos *locus parallelus*

robustiori imperauit equi exilis uniuersam caudam abrumpere, gracili autem ualentioris per singulos pilos uellere. cumque gracili successisset quod imperatum erat, ualidissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur, 390 'naturam' inquit Sertorius 'Romanarum uirium per hoc uobis exemplum ostendi, milites. insuperabiles sunt uniuersas adgredienti: easdem lacerabit et carpet, qui per partes adtemptauerit.'

7 Valerius Laeuinus consul, cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset magnamque copiarum suarum fiduciam haberet, circumduci 395 eum iussit terrendique hostis causa exercitus suos uisendos speculatoribus eorum, quotiens uoluissent, patere.

8 Caedi⟨ci⟩us primipilaris, qui in Germania post Varianam cladem obsessis nostris pro duce fuit, ueritus ne barbari ligna quae congesta erant uallo admouerent et castra eius incenderent, simulata lignorum inopia, missis undi- 400 que qui ea furarentur, effecit ut Germani uniuersos truncos amolirentur.

9 Cn. Scipio bello nauali amphoras pice et taeda plenas in hostium classem iaculatus est, quarum iactus et pondere foret noxius, et diffundendo quae continuerant alimentum praestarent incendio.

10 Hannibal regi Antiocho monstrauit ut in hostium classem uascula iacula- 405 retur uiperis plena, quarum metu perterriti milites a dimicatione et nauticis ministeriis impedirentur.

11 [Idem fecit iam cedente classe sua Prusias.]

12 M. Porcius Cato, in classem hostium cum transiluisset, deturbatis ex ea Poenis eorumque armis et insignibus inter suos distributis, multas naues 410 hostium, quos sociali habitu fefellerat, mersit.

13 Athenienses, cum subinde a Lacedaemoniis infestarentur, diebus festis, quos sacros Mineruae extra urbem celebrabant, omnium quidem colentium

§7 a. 280 aC: Eutrop. 2.11; Zonar. 8.3; Liu. 30.29; Polyb. 15.5.4 sq.; Scipioni tribuunt Polyaen. 8.16.8; Appian. Pun. 39 || §8 a. 9 pC: Vell. 2.120.4 || §[11] a. 184 aC: Iustin. 32.4.6–7; Nep. Hann. 10–11 || §12 a. incert. aC || §13 cf. 2.9.9

390 infirmi **β**: infirmis **α**: infirmioris *Hartel* || 391 romanorum **HO**^{ac}**ς** || 392 ostendi **β**: ostendit **α** | uniuersas **α**: uniuersos **β**, milites *pro accusatiuo accepto* | adgraedienti **G** | easdem **α**: eosdem **β** | lacerabit **β**: lacerauit **α** || 394 leuinus **β**: laeuininus **α** | deprendisset **HPO** || 396 causa adiecit exercitus **ς**: *de* dixit *ibidem supplendo centiens cogitaui, sed ferendus uidetur textus utcumque* || 398 Caedicius *Oudendorp ex Velleio*: C(a)edius *codd.* | uarianam **ς**: ualerianam **ω** || 399 admouerent] aduouerent **H**, aduoluerent *uoluit* **h**^{2} || 400 simul⟦a⟧talignorum **H**–**h**^{2} || 401 efficit **H**^{ac2} || 403 est *om.* **G** || 405 *sqq. exemplum 10 descripsit* **C** || 406 nautici *Lips* || 407 impedirentur] impertirentur (?) **H**^{ac2} || 408 idem ... Prusias *eiecit Gundermann* || 409 Cato **ς** *Gundermann*: dento **ω** *stupendo uitio*: de lembo *Wesseling*: detectam *Hartel* | ⟦in⟧transiluisset **H**–**h**^{2} || 413 caelebrabant **G** | omnem **ς**

imitationem expresserunt, armis tamen [et] ueste celatis. peracto ritu suo
415 non statim Athenas reuersi, sed protinus inde, raptim acto Lacedaemonem uersus agmine, eo tempore quo minime timebantur, agrum hostium, quibus subinde praedae fuerant, ultro depopulati sunt.

14 Cassius onerarias naues, non magni ad alia usus, accensas opportuno uento in classem hostium misit et incendio eam consumpsit.

15 420 M. Liuius, fuso Hasdrubale hortantibus eum quibusdam ut hostem ad internicionem persequeretur, respondit: 'aliqui et supersint qui de uictoria nostra hostibus nuntient'.

16 Scipio Africanus dicere solitus est hosti non solum dandam esse uiam ad fugiendum, sed etiam muniendam.

17 425 Paches Atheniensis adfirmauit incolumes futuros hostes, si deponerent ferrum; eisque obsecutis condicionibus uniuersos qui in sagulis ferreas fibulas habuissent interfici iussit.

18 Hasdrubal, subigendorum Numidarum causa ingressus fines eorum, resistere parantibus adfirmauit ad capiendos se uenisse elephantos, quibus ferax 430 est Numidia. ut hoc permitterent poscentibus ⟨pretium cum⟩ promisisset, ea persuasione auocatos adortus sub leges redegit.

19 Alcetas Lacedaemonius, ut Thebanorum commeatum facilius ex inopinato adgrederetur, in occulto paratis nauibus, tamquam unam omnino haberet triremem, uicibus in ea remigem exercebat. quodam deinde tempore 435 omnis naues in Thebanos transnauigantis inmisit et commeatibus eorum potitus est.

20 Ptolomaeus aduersus Perdiccam exercitu praeualentem, ipse inualidus, omne pecudum genus, religatis ad tergum quae traherent sarmentis, agendum per paucos curauit equites: ipse praegressus cum copiis quas habebat ef-

§ 14 a. 48 aC: Caes. b. c. 3.101 || **§ 15** a. 207 aC: Liu. 27.49 || **§ 16** a. incert. aC: Veget. 3.21 || **§ 17** a. 427 aC: Thuc. 3.34; Polyaen. 3.2 || **§ 18** a. incert. aC || **§ 19** a. 377 aC: Polyaen. 2.7; Xen. Hell. 5.4.56. similia de Antonio refert Caesar b. c. 3.24 || **§ 20** cf. 2.4.1. a. 321 aC: Polyaen. 4.19

414 expr[a]esserunt **H**–**h**^{2}, exp̄sserunt **G** | et *del. Hartel*: sub **T**ς || **418** *sqq. exempla 14, 15 descripsit* **C** || **418** alia] alias **δ** (res *suppl.* **T**): alios ς || **425** athenienses **G** || **428** subigendorum **αWo**: subigens dorum **P**: subigens dolum **O**^{ac} || **430** hoc] per hoc **δ** (*corr.* **o**) | ⟨pretium cum⟩ promisisset ea *Hartel*: promis(⟨s⟩ **h**^{2sl})i[s][t][id]ea **H**–**h**^{2*}: promissi site a **G**: promisit (poposcit *uoluit* **o**) et ea **β**: securitatem promisit et ea ς || **431** adortus **β**: adortu **G**: abortu **H** | redigit **H**^{ac2} || **432** Alaetas **G** || **434** ea **T**ς: eam **ω** || **436** est *om.* **α** (*suppl.* **h**^{2}) || **437** perdictam **H**^{ac2}: praedictum *uoluit* **h**^{2} | exercitu **β**: exercitum **α** || **438** ad tergum **α**: a tergo **β** (*corr.* ς) | sarmentis *Wesseling collatis nostro in 2.4.1 et Polyaeno*: carpentis *codd.*

fecit ut puluis quem pecora excitauerant speciem magni sequentis exercitus 440
moueret; cuius exspectatione territum uicit hostem.

21 Myronides Atheniensis aduersus Thebanos equitatu praeualentes pugnaturus in campis, suos edocuit manentibus esse spem aliquam salutis, cedentibus autem perniciem certissimam. qua ratione confirmatis militibus uictoriam consecutus est. 445

22 C. Pinarius in Sicilia praesidio Hennae praepositus, claues portarum quas penes se habebat reposcentibus magistratibus Hennensium, quod suspectos eos tamquam transitionem ad Poenum pararent habebat, petiit unius noctis ad deliberationem spatium; indicataque militibus fraude Graecorum cum praecepisset ut parati postera die signum exspectarent, prima luce adsistenti- 450 bus militibus redditurum se claues dixit, si idem omnes Hennenses censuissent. ob eam causam uniuersa multitudine conuocata in theatrum et idem flagitante, manifesta deficiendi uoluntate, signo militibus dato uniuersos Hennenses cecidit.

23 Iphicrates dux Atheniensium classem suam hostili habitu instruxit et ad 455 eos quos suspectos habebat inuectus, cum effuso studio exciperetur, deprehensa eorum perfidia oppidum diripuit.

24 Ti. Gracchus, cum edixisset futurum ut ex uolonum numero fortibus libertatem daret, ignauos crucibus adfigeret, et quattuor milia ex his, quia segnius pugnauerant, metu poenae in quendam munitum collem coissent, misit qui 460 eis dicerent totum sibi exercitum uolonum uicisse uideri, quod hostes fudissent: et sic eos et sua fide et ipsorum metu exsolutos recepit.

25 Hannibal post proelium quo ingentem cladem ad Trasumennum Romani acceperunt, cum sex milia hostium interposita pactione in potestatem suam redegisset, socios Latini nominis benigne in ciuitates suas dimisit, dictitans 465

§21 a. 457 aC: Polyaen. 1.35.2 || §22 a. 214 aC: Polyaen. 8.21; Liu. 24.37–39 || §23 a. 390/89 aC: Polyaen. 3.9.58 || §24 a. 214 aC: Liu. 24.14–16; Val. Max. 5.6.8; Flor. 2.6.30 || §25 a. 217 aC: Liu. 22.6, 7, 13; Polyb. 3.77, 84–85

440 excitabant **G** || 442 Mronides **G**[ac1] | atheniensis **h**[2]**β**: athenienses **α** || 443 caedentibus **G** || 444 perniciem certissimam *Eussner*: perniciosissimam **α**: pernitiosissimum **β**: perniciem summam *Dederich* | ratione] oratione **O** || 446 C.] L. *uulgo, collato Liuio* || 447 habebat **h**[2]**β**: habebant **α** || 448 poenam **H** | petiit **ς** *editores*: petit **ω** || 449 militibus] magistratibus *Dederich*: multis *Hartel*: *sed cf. Liuii 24.39.1* || 451 censuissent] consuissent **H**: consensissent *Schrijver* || 453 uoluntate] uoluptate **G** || 454 caecidit **G** || 456 deprensa **H** || 459 ignauos] ignaros **δ** (*corr.* **o**) | adfigeret et **Tς**: adficerent et **H**: adficerente **G**: afficeret et **β** | his] lis **P** | quia] qui **Tς** || 460 pugnauerunt **H** || 461 fudissent **G**: fuissent **Hβ**: fugissent **ς**: fusi essent *Oudendorp* || 464 acceperant **H** || 465 redegisset **h**[2]**β**: redigisset **αT**

se Italiae liberandae causa bellum gerere; eorumque opera aliquot populos in deditionem accepit.

Mago, cum Locri obsiderentur a Crispino classis nostrae praefecto, diffudit ad Romana castra rumorem Hannibalem caeso Marcello ad liberandos obsi- 470 dione Locros uenire; clam deinde equites emissos iussit a montibus, qui in conspectu erant, se ostendere. quo facto effecit ut Crispinus Hannibalem adesse ratus conscenderet naues ac fugeret. 26

Scipio Aemilianus ad Numantiam omnibus non cohortibus tantum sed centuriis sagittarios et funditores interposuit. 27

475 Pelopidas Thebanus, cum a Thessalis in fugam uersus flumen, in quo tu-multuarium fecerat pontem, liberasset, ne sequentibus hostibus idem trans-itus maneret, nouissimo agmini praecepit, incenderent pontem. 28

Romani cum Campanis equitibus nullo modo pares essent, Q. Naeuius centurio in exercitu Fului Flacci proconsulis excogitauit ut delectos ex toto 480 exercitu qui uelocissimi uidebantur et mediocris erant staturae, parmulis non amplis et galeiculis gladiisque ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare⟨t⟩ eosque adiunctos equitibus iuberet usque ad moe-nia prouehi, deinde ibi positos, nostris equitibus ⟨se⟩ recipientibus, inter ho-stium equitatum proeliari. quo facto uehementer et ipsi Campani adflicti 485 sunt et maxime equi eorum, quibus turbatis prona nostris uictoria fuit. 29

P. Scipio in Lydia, cum die ac nocte imbre continuo uexatum exercitum Antiochi uideret, nec homines tantum aut equos deficere, uerum arcus quo-que madentibus neruis inhabiles factos, exhortatus est fratrem ut postero quamuis religioso die committeret proelium: quam sententiam secuta uicto-490 ria est. 30

Catonem uastantem Hispaniam legati Ilergetum, qui sociorum populus erat, adierunt oraueruntque auxilia. ille, ne aut negato adiutorio socios alie-naret aut diducto exercitu uires minueret, tertiam partem militum cibaria pa- 31

§26 a. 208 aC: Liu. 27.28 ‖ **§27** a. 133 aC: Veget. 1.15 ‖ **§28** aa. 369–364 aC ‖ **§29** a. 211 aC: Val. Max. 2.3.3; Liu. 26.4.5 ‖ **§30** a. 190 aC: Liu. 37.37, 39–41; Flor. 2.8.17; aliter Appian. Syr. 30sq. ‖ **§31** a. 195 aC: Liu. 34.11–13

466 aliquot **h**^{2} **β**: aliquod **α** ‖ **468** Crispino] Cincius *apud Liuium* | diffudit **β**: diffundit **α** ‖ **471** Crispinus hannibalem **β**: Crispinum hannibal **α** ‖ **473** sed] set **O**, sed et **LTς** ‖ **476** liberasset] transmisisset **o**, transnasset **T** ‖ **477** agmini **β**: agmine **α** ‖ **478** Naeuius] *Liuio et Val. Maximo* Nauius ‖ **479** Fului] ⟨-i⟩ **h**^{2} ‖ **480** mediocris **β**: mediocres **α** ‖ **481** ga-leiculis **β**: galei oculis **α**: galericulis **ς**: galeolis *uulgo* | hastis **β**: hostis **α** ‖ **482** armaret **ς**, *coni. Schrijver*: armare **ω**: armari **Tς** | usquae **H** ‖ **483** positos *Eussner*: positis **ω** | se *suppl. Hartel* | recipientibus **α**: incipere **β** (praecipere **T**) ‖ **484** aequitatum **G** ‖ **486** P̄. **αδ**: Pre **h**^{2}**γ** ‖ **489** committeretur **ς** ‖ **491** ilergetum **G**: regetum **H**: lege tum **β** ‖ **492** aut ne-gato **α**: abnegato **β** (*corr.* **ς**): aut abnegato *uulgo*

rare et naues ascendere iussit, dato praecepto ut cau⟨sa⟩ti uentos retro red-
irent. praecedens interim aduentantis auxilii rumor ut Ilergetum excitauit 495
animos, ita hostium consilia discussit.

32 C. Caesar, cum in partibus Pompeianis magna equitum Romanorum esset
manus eaque armorum scientia milites conficeret, ora oculosque eorum gla-
diis peti iussit et sic auersa[m] facie[m] cedere coegit.

33 Voccaei, cum a Sempronio Graccho conlatis signis urgerentur, uniuersas 500
copias cinxere plaustris, quae impleuerunt fortissimis uiris muliebri ueste
tectis. Sempronium, tamquam aduersus feminas audentius ad obsidendos
hostis consurgentem, hi qui in plaustris erant adgressi fugauerunt.

34 Eumenes Cardianus ex successoribus Alexandri, in castello quodam clau-
sus, quoniam exercere equos non poterat, certis cotidie horis ita suspendebat 505
ut posterioribus pedibus innixi, prioribus adleuatis, dum naturalem adsi-
stendi adpetunt consuetudinem, ad sudorem usque crura iactarent.

35 M. Cato, pollicentibus barbaris duces itinerum et insuper praesidium, si
magna summa eis promitteretur, non dubitauit polliceri, quia aut uictoribus
ex spoliis hostilibus poterat dare aut interfectis exsoluebatur promisso. 510

36 Q. Maximus transfugere ad hostes uolentem Statilium, nobilem clarae
operae equitem, uocari ad se iussit eique excusauit quod inuidia commilito-
num uirtutes illius ad id tempus ignorasset. tum donato ei equo pecuniam
insuper largitus obtinuit ut, quem ex conscientia trepidum arcessierat, lae-
tum dimitteret et ex dubio in reliquum non minus fidelem quam fortem ha- 515
beret equitem.

§32 a. 48 aC: Plut. Caes. 44–45, Pomp. 69; Polyaen. 8.23.25; Appian. b. c. 2.78; Dio 41.60; Caes. b. c. 3.84 sq.; Flor. 4.2.50; Oros. 6.15.26 || §33 a. 179/8 aC || §34 a. 320 aC: Nep. Eum. 5; Iustin. 14.2; Plut. Eum. 10,11; Diodor. 18.41–42 || §35 a. 195 aC: Plut. Cat. mai. 10, apopth. Cat. mai. 24 || §36 cf. 3.16.1. a. incert. aC: Liu. 22.42.4; auctor de uir. ill. 43; aliter Val. Max. 7.3.7, Plut. Fab. 20; Liu. 27.15; Plut. apopth. Fab. Max. 4

494 causati **o**, *editores*: cauti **ω**: causato **T** | uentos *om.* **ς** || 495 ilergetum **G**: regetum **H**: legetum **β** || 497 C. **h**^{2}**β**, *om.* **HG** || 498 scientia] magnificentia *Oudendorp collato Plutarcho* | conficeret] confunderet **ς** || 499 auersam (aduersam **δ**) faciem *codd., corr. Stewech*: auersam aciem *Gronow*: auersa acie *Schrijver* | caedere **G** || 500 Vaccaei **T**, *uulgo* || 502 audentius] audientius **H**^{ac2}**γς**: ardentius **ς** || 503 erat **H**^{ac2} || 504 Cardianus *Lambin*: sardianus **ω** | quodam] quoddam **G**: quondam **ς** | clausus **β**: clusus **α** || 505 quoniam **αO**: quam **γL**: quo **T**: quod, qui, quia **ς** | cottidi⟦a⟧e **H** – **h**^{2} | ita ⟨eos⟩ suspendebat **Tς** || 506 dum **ς**: cum **ω** | naturalem **β**: naturale **α** || 507 usque *Lambin*: uique **α**: ui quae *uoluit* **h**^{2}: uimque **β**: ubique **ς**: undique *uulgo*: utique *Schrijver*: hinnitumque *Oudendorp collato Plutarcho* | iactarent **β**: ixctarent **H**, ictarent **G** || 509 magna summa eis **β** (m. e. s. **T**): magnae summae is **G**, magnae summaehis **H** || 510 aut] ut **G** | interfectis **α**: intectis **β**: interemptis **ς** | aut uicti non repeterent promissum **T** || 512 eique] [eum]que **H** – **h**^{2*} || 514 optinuit **H**^{ac2} | arcessierat **G**: arcersierat **H**^{ac}**P**: accersierat **h**^{2*}**Wδ** || 515 reliquom **G**

Philippus, cum audisset Pythian [quendam bonum pugnatorem] alienatum sibi, quod tres filias inops uix aleret nec a rege adiuuaretur, monentibus quibusdam uti eum caueret, 'quid? si' inquit 'partem aegram corporis haberem, absciderem potius quam curarem?' deinde familiariter secreto elicitum Pythian, accepta difficultate necessitatum domesticarum, pecunia instruxit ac meliorem fidelioremque habuit quam habuerat antequam offenderet. 37 520

T. Quintius Crispinus post infaustam aduersus Poenos dimicationem, qua collegam Marcellum amiserat, cum comperisset potitum anulo interfecti Hannibalem, litteras circa municipia totius Italiae dimisit, ne crederent epistolis, si quae Marcelli anulo signatae perferrentur. ⟨qua⟩ monitione consecutus est ut Salapia et aliae urbes frustra Hannibalis dolis temptarentur. 38 525

Post Cannensem cladem perculsis ita Romanorum animis ut pars magna reliquiarum nobilissimis auctoribus deserendae Italiae iniret consilium, P. Scipio adulescens admodum, impetu facto in eo ipso in quo talia agitabantur coetu, pronuntiauit manu se sua interfecturum, nisi qui iurasset non esse sibi mentem destituendae rei publicae. cumque ipse se primus religione tali obligasset, stricto gladio mortem uni ex proximis minatus nisi acciperet sacramentum, illum metu, ceteros etiam exemplo coegit ad iurandum. 39 530

Volscorum castra cum prope a uirgultis siluaque posita essent, Camillus ea omnia quae conceptum ignem usque in uallum perferre poterant incendit, et sic aduersarios exuit castris. 535 40

P. Crassus bello sociali eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est. 41

Q. Metellus in Hispania castra moturus, cum in agmine milites con- [*II 871* -tinuerunt – *950* consuetudinem]⟨ti⟩nere uelle[n]t, pronuntiauit conpe- 540 42

§ 37 a. incert. aC: Plut. apopth. Philippi patris Alex. 6 || § 38 a. 208 aC: Liu. 27.28 || § 39 a. 216 aC: Liu. 22.53; Val. Max. 5.6.7; Dio frg. 57.28; Sil. Ital. 10.426 || § 40 = 2.4.15. a. 389 aC: Liu. 6.2.9–11; Plut. Cam. 34 || § 41 = 2.4.16. a. 90 aC: Appian. b. c. 1.41 || § 42 a. 143/2 aC

517 *sqq. exemplum 37 paucis uoculis totisque commatibus* quod ... adiuuaretur, accepta ... domesticarum *omissis excerpsit* **C** || 517 pythian *codd.*: Pythean *de l'Escale* | quendam bonum pugnatorem *glossema est: deleui* || 518 inops **h**[2]* **WLT**ς: inobs **αPO** | *post* adiuuaretur *deficit* **T**, *folio interuulso* || 520 secreto *om.* ς, *del. cens. Lips*: et secreto ς: dein de familia secreto *coni. Gundermann* || 522 offenderat **H**[ac2] || 523 qua **δ**: quo **αγς** || 524 collegam ... anulo *om.* **H**, *suppl.* **h**[2] || 525 aepistulis **P** || 526 anulo signatae **α**: anuli (anulo **ος**) obsignatae **β** | qua *suppleui*: ⟨ea⟩ **ζ**, *Bendz* || 527 est *om.* **ζ** || 529 iniret **Gβ**: in⟨i⟩re **H** – **h**[2sl] | P̄. **G**: publius **Hβ** || 534 metu] metu ne **δ** || 538 interceptus] interfectus **H** || 540 Hispania] italia **G**, *egregio lapsu* || 540 *sq.* con⟨ti⟩nere uellet *Hedicke*: continuerunt ... consuetudinem nereuellent **α**: *uide supra ad II 871. perspecta traiectionis ratione ruunt ceterae coniecturae, ueluti* redire uellent (**β**), tenere uellet (*Hertz*), ire nollent (*Mommsen*)

risse se insidias ab hostibus dispositas: idcirco ne discederent a signis neue agmen laxarent. quod cum †soluere† ex disciplina fecisset, exceptus forte ueris insidiis, quia praedixerat, interritos milites habuit.]

543 solueret α: soluere β: solum ς: sollerte *Oudendorp*: sollemni *Goetz*: *del. Gundermann, ignaue*: quod cum, ne solueretur disciplina, fecisset *Dederich* || 544 IVLI (-II **h**²**P**) FRONTINI STRATE GEMATON LIBER QVARTVS (IIII **H**) EXPLICIT **HGP**: Lyber ⟨Julij⟩ Frontini Strategematon Lyber quartus explicit **W** – **w**²: Expl(icit) liber .iiij. Iulii Frontini **O**: *deest in* **CL**

INDEX NOMINVM ET RERVM GESTARVM

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

Der Thesaurus linguae Latinae ist das größte latainische Wörterbuch der Welt und wird seit dem Jahre 1900 im BSB B.G.Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, veröffentlicht. Herausgegeber ist die Internationale Thesaurus-Kommission, in der wissenschaftliche Gesellschaften und Akademien aus elf europäischen Ländern und einem außereuropäischen Land vertreten sind. Das in der Welt einzigartige Nachschlagewerk ist ein unentbehrliches Arbeitsmittel für alle sprach-, literatur-, kultur- und wissenschaftshistorischen Untersuchungen zur römischen Antike.

Alle bisher erschienenen Teile des Wörterbuches sind nunmehr wieder komplett lieferbar:
A–M (vollständig)
O (vollständig)

Als weitere Lieferungen erschienen:
Vol. X, Pars 1 (p – paucus)
Vol. X, Pars 2 (porta – praepotens)

1991 werden ausgeliefert:
Vol. X, Pars 1, Fasc. VI (paucus – pedes)
Vol. X, Pars 2, Fasc. VI (praepotens – praeter)

Ausführliche Informationen erhalten Sie vom



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT